FRIDERICI HENRICI BOTHE

PHIL. D. ET AA. LL. M. SOCIETATI ARCHIDUC.
QUAE IENAE EST LATINAE HON. C. ADSCRIPTI

OPVSCVLA CRITICA ET POËTICA

IN HIS PHILOCTETIS EVRIPIDEAE PRINCIPIVM

EX DIONE CHRYSOSTOMO RESTITVTVM.

BIBL.
VNIVERS.
LIPS.

BEROLINI 1816.

PROSTAT IN LIBRARIA MAVRERIANA.

PRAEFATIO SCRIPTORIS.

Neque nuper haec, neque uno tempore omnia, fuere conscripta, ut miraturus non sim, si vel rudiora passim vel dissimilia inter se cuipiam videantur. Contentus ero, meo more, plausu et paucorum et de paucis; minus probata Tarpis hodiernis post, si potero, corrigam. Animadversiones quidem in Livium dignas olim habuit, quas in Societatis philologicae Lipsiensis Commentariis anni 1802 imprimi curaret vir clarissimus Beckius; ex quibus Commentariis utilissimis iam non sine correctione repetitae sunt. Annotationes autem, dudum etiam illas conditas, in Cervantesii librum de equite Quixotio ita approbavit Idelerius, optimus Hispani editor Germanus, ut alteri, quam paravit, libri editioni inserendas eas existimaret; unde factum est, ut Hispanice eas perscriberem, quo facilius cum Idelerianis fabulae istius Milesiae longe ingeniosissimae

enarrationibus coniungerentur. Quod Hispanicum opus, ab Idelerio recognitum, quoniam lucem nunc videre temporis iniquitate non potest, seorsim dare nostra potius quam obliterare elegantissimo grata viro maluimus. Tum graecum quod attinet historicum, scripsi has eius emendationes anno praesentis seculi quinto; neque nunc earum causa totum scriptorem denuo percensere nobis licuit. Monendus autem est lector, periculorum horum criticorum specimina quaedam iam pridem in editione Terentii nostra esse publicata. Denique de carminibus meis utraque conscriptis lingua si quis quaerit, eorum nonnulla, quae in manus eius venerant, haud displicere intellexi acerrimi viro iudicii et eruditorum nunc quidem in Germania, imo Europa, facile principi, cuius nomen tacere modestiae causa quam praedicare per ostentationem praestat.

Iamque, ne non opusculis, sed operibus praefari ambitiosius videar, verbum non amplius addam.

Scribebam Berolini, mense Martio 1814.

F. H. BOTHII

MAGDEBVRGENSIS

OPVSCVLA CRITICA ET POËTICA.

INDEX RERVM

hoc libello contentarum.

I. Animadversiones ad Herodotum.

II. Animadversiones ad Livii Historiarum libros quinque priores.

III. Carmina graeca et latina, cum propria, tum de nobilissimis Germanorum poëtis conversa. Praefigitur versificatum Philoctetis Euripideae principium.

IV. Annotationes ad Cervantesii fabulam Milesiam de equite Quixotio, Hispanice scriptae.

M. A. MVRETVS Var. Lect. VIII, 4.

Quotidie magis intelligo, verum esse id, quod semper existimavi: nullam esse mendam ita pusillam, quam non permagni interesit e veterum monumentis tolli ac corrigi; neque ullum hominum genus magis prodesse studiis, quam eos, qui accurate et fideliter operam in illis purgandis emendandisque ponunt. Unius enim litterulae erratum interdum eos etiam eruditissimis hominibus offundit tenebras, ut, tanquam in illuni nocte errantes, quovis potius perveniant, quam quo volunt.

I.

ANIMADVERSIONES AD HERODOTVM.

I. Animadversiones criticae ad Herodoti Historiarum libros IX.

1, 58. Πρὸς δὴ ὧν, *ἐμοὶ τε δοκέει* etc. Haec non optime coniuncta sunt cum antecedentibus; quod fieri debuit, cum eadem hic atque ibi res agatur, populorum horum incrementa. Quamobrem lenissima mutatione, utpote ne uno quidem addito literarum ductu, reposuerim: — *βαρβάρων συχνῶν.* Πρὸς δὲ *τῶν ἐμοίγε δοκέει* etc. „His vero (aliis populis barbaris) non magnopere aucti ne ipsi quidem mihi videntur Pelasgi, quamvis gens barbara." Ἐμοίγε etiam Reizio placuit et Schæfero.

1, 68. Inepte legitur: *τὸν δὲ ἄκμονα καὶ τὴν σφῦραν, τόν τε τύπον καὶ τὸν ἀντίτυπον*, quasi non ipsa incudis percussio diceretur *τύπος ἀντίτυπος*, et pro substantivo accipiendum esset vocabulum *ἀντίτυπος*, cum sit adiectivum hoc loco pariter atque in versibus oraculi, cuius his verba singula explicantur. Rescribo certissima emendatione: *τῦ χαλκέος δύο ὀρέων φύσας τὰς ἀνέμας εὕρισκε ἐόντας, τὸν δὲ ἄκμονα καὶ τὴν σφῦρην*

τὸν τύπον τὸν ἀντίτυπον, τὸν δὲ ἐξελαυνόμενον σίδηρον τὸ πῆμα ἐπὶ πήματι κείμενον. Fraudis origo repetenda a nescio quo interpolatore, ut videtur, antiquissimo, qui perperam accepto altero articulo in verbis τὸν τύπον τὸν ἀντίτυπον posteriorem copulam (καί) inculcandam esse inter duo nomina substantiva male existimaret, quo facto mox, et fortasse ab eodem, etiam prior (τε) addita est.

1, 186. extremo acquiesci posse videtur mihi quoque in Pauwii coniectura. Vid. Wesseling. Vulgata quidem haud scio an ferri nequeat.

2, 13. Verba καὶ τὸ ὅμοιον α. ε. α. addititia esse sentio cum Valckenario.

2, 151. Ubique reponendum censeo Ψαμμήτιχος. Vid. tamen Wessel. ad 2, 30.

2, 175. primo τὸ οἱ post Θεσμάσια natum reor ex antecedente syllaba; quod quidem omittit in versione Wesselingius, ita hæc interpretatus: Itaque partim in Saï Minervae fecit antefores etc.; neque congruit cum altero, eoque plane necessario, dativo τῇ Ἀθηναίῃ.

3, 109. extremo vulgo: καὶ ἑβδομῇ ἄλλῃ· κατα τῦτο δοκέουσι πολλοὶ εἶναι. quod ferri nequit. Atque ecce tibi codicem Arch. exhibentem: καὶ κατὰ τῦτο, quod ipsum quidem, non improbatum quippe Wesselingio, in ordinem receperunt Reizius et Schæferus. Sed hiat etiam tunc sententia, ut prorsus rescribendum mihi videatur: καὶ ἑβδομῇ ἄλλῃ ἢ κατὰ τῦτο etc. et nusquam alibi quam illic (in Arabia) videntur frequentes esse. Passim confusæ deprehenduntur in libris ἢ et καί particulæ.

3, 121. Miror Wesselingium tueri κατηλογέοντα.

4, 39. Εἰ μὴ νόμῳ. Male interpres: nisi iure. Intelligitur consuetudo sive usus politicus, quo constitutum erat, ut sinu cognomine terminaretur Arabia: nam limes hic quidem naturalis Herodoto esse non videtur. Sic passim in ordinem cogendus Valla.

4, 40. primo habes ἠῶ, extremo ἕω. Scribendum ubique ἠῶ, et sic in similibus, si quidem culpam velimus effugere inconstantiæ. Nam vix adducor, ut credam cum Schaefero, viro doctissimo (praefat. Herodot. p. V.), scriptores graecos parum subtiliter exegisse ad grammaticam ἀκρίβειαν dialectos. Cf. Graefius praefat. Meleagri fragmm.

4, 85. Verba ὁ αὐχὴν post illa μῆκος δὲ τοῦ στόματος suspicionem glossae movent.

4, 182. Satius est legi M. ὁδὸ Ἀμ. τῆς ἐφρύης τῆς ψάμμης δι' ἀλλέων δέκα ἡμερέων ὁδόν, κολωνός τε ἀλός ἐστι ὁμοῖος τῶν Ἀμμωνίων: nam neque bis in eodem membro orationis illatum διὰ cuiquam placeat, et de pluribus illic collibus dictum est capite praecedente. Late autem usus genitivi patet, qua de re vid. inprimis passim ad Sophoclem Musgravius.

5, 21. extremo nihil verius Valckenarii correctione τῷ στρατηγῷ, quae et Wesselingio arridebat, et a Schaefero in ordinem recepta est. Facile ΤΩΙ ΣΤΡΑΤΗΓΩΙ transiit in ΤΩΝ ΣΤΡΑΤΗΓΩΝ.

5, 27. Αἰτίη δὲ τούτου ἥδε. Minime vana est Valckenarii suspicio. Legam equidem: αἰτίως δὲ τούτου ἤδη πάντας ἠνδραποδίζετο, verbaque haec usque ad ἀποκομιζόμενον inculcanda censeo post ἐκακώθησαν. Verte: et iam (post expugnationem insulae) repertos

omnes culpae huius affines vendidit etc. In fine capitis videndum de Reiskii commento ἔνσοις, quo quidem vel aptius ad sententiam loci vel codicum scripturae similius excogitari nihil potest.

5, Ἐκ τῶν Λαΐου χρησμῶν. Laïum oracula edidisse, nusquam legitur, monente etiam Valckenario, qui dubitabat, an non rescribendum esset Βάκιδος. Sed hoc quidem nimis pro arbitrio. Possis ἐκ παλαιῶν χρηστῶν: quia nimirum ab antiquitate commendari solent oracula. Sic itidem 45, haud memorato vatis nomine, τὰ μεμαντευμένα. π et τ, ω et ο literae saepe inter se permutantur.

5, 44. extremo ferri nequeunt vulgata ταῦτα δὲ ἁπ ἔτοι λέγουσι, id quod fatentur omnes. Lege ταῦτα δὲ οἰκότα λέγουσι: haec probabiliter narrant. Vergere Nostrum in Crotoniatarum relationem, satis apparet ex capite sequente. ἁπ οὕτως Britannorum natum ex οἰκότως, glossemate illo quidem τῷ οἰκότα. Similiter 7, 167 init. Hoenius: ἔστι δὲ ὑπ' αὐτέων Καρχηδονίων ὧδε ὁ λόγος λεγόμενος, οἰκότι χρεωμένων κ. τ. λ. Schaeferus edidit: ταῦτα δὲ ὧν οὗτοι λέγουσι.

5, 59. In epigrammate ἰὼν pro ἐὼν Sladus, Berglerus, et Wolfius Prolegomm. ad Homerum pag. LV., quos auctores secutus est Schaeferus. Emendationem haud improbo, nec tamen male legendum coniecisse arbitror Valckenarium ἀόντ' ἀπὸ Τηλεβοάων, dedicatum de victis Teleboïs.

5, 69. extremo loca sua permutarunt, ni fallor, verba τὰς δήμας et τὰς Φυλάς: nam denarium numorum longe excessere οἱ δῆμοι Ἀττικοί. Vid. Wesseling. ad h. l.

5, 83. primo obtemperandum Valckenario, danti καὶ δὴ καὶ δίκας. Simile δίκας fraudi fuit verbis δὴ καί.

Eodem extremo verba εἰσὶ δέ σφι καὶ ἐρρήτοι ἱρογλῦαι mendae mihi suspecta sunt.

5, 86. extremo leg. ἅμα τε τούτῳ, h. e. ἐν τούτῳ, interea. Verbo ἅμα adscriptum interpretationis causa ἐν ipsi scriptori, ut fit, obtrusum est.

Extrema capitis 89. sic interpunges: — ἀνέσχοντο, ἀκούσαντες ὅκως χρεὼν εἴη, ἐπισχεῖν, πεπονθότας etc.: siquidem ἀνέσχοντο pertinet ad ἐπισχεῖν. Corrigendus Valla.

5, 92. primo legerim καὶ οἵ τοι Βακχιάδαι Sic τοι passim, et elegantur quidem, usurpatur post articulum: vid. 8, 141. Aeschyl. Sept. adv. Theb. 332, 367. Sophocl. Aiac. 260.

5, 122. extremo ἥτος μὲν δὴ οὕτω ἐτελεύτησε. Talia, nexus causa addita, me quidem iudice ad sequentia semper referri satius est, velut haec refero ad sequens caput, ὑποστιγμῇ vel commate distinguens post ἐτελεύτησε. Cf. 6, 1, 2, 6, 7, 10, 22, etc.

6, 3. extremo malim ἀδέν τε πάντως, ut recte coniungantur verba ἐδεήματα τὰς Ἴωνας.

6, 25. extremo elegantius hoc foret: αὐτίκα Καρίης ἔσχον οἱ Πέρσαι τὰς μὲν ἀθελεντὴν τῶν πολίων ὑποκυψάσας, etc. Valckenarius volebat καὶ τὰς μέν.

6, 32. Ἀντὶ εἶναι ἐνόρχιας. sic quidem M. Ask. Pass. Arch., in quo ἐνόρχας: sed hoc vereor ut graecum sit. Omnino probabilior mihi videtur lectio vulgata, ἐπεῖν ἀντὶ ἐνορχίων εἶναι εὐνούχας. Ἐνορχίων, sicut 8, 105, an ἐνόρχων des, perinde est.

6, 33. primo leg. τὰ γὰρ ἐπὶ δεξιὰ αὐτὰ τοῖσι etc. αὐτά, sponte. Ita mox: αὐτοὶ γὰρ Κυζικηνοί.

6, 35. princip. ἐδυνάσευέ τε. leg. ἐδυνάσευέ τι. Schaeferus voculam omisit, minus quidem bene.

6, 40. Hoc caput inculcandum post duo sequentia. Transpositiones eiusmodi nonnullas Noster haud dubie expertus est. Cf. 5, 27. 8, 46. Ἐληλύθεε non est venerat, sed redierat, ut passim usurpantur ἔρχεσθαι, ἀφικνεῖσθαι, similia. Cf. 24, 103, 104. 7, 148 (ἐλθεῖν). Menander Eunuch. 1, 2. dederat, ni fallor: Ὅδ' ἦλθεν, unde Terentius: Is venit pro Is rediit.

6, 41. Circa finem dele verba Μητίοχον τὸν Μιλτιάδεω. Ad utrumque verbum proprie dictum pertinet, quod sequitur, nomen Μητίοχον. qualia non intellecta locum innumeris dedere interpretamentis.

6, 43. extremo συνελήχθη δὲ καὶ etc. Magis elegans et Herodoteum foret: σὺν δὲ καὶ πεζός, intellecto verbo ἐλήχθη. Sic 2, 141: κατὰ μὲν Φαγέειν τὰς Φαρετρεῶνας αὐτέων, κατὰ δὲ τόξα. 3, 126: κατὰ μὲν ἔκτεινε Μιτροβάτεα, — κατὰ δὲ τὸν Μιτροβάτεω παῖδα: itidemque 8, 89. primo: ἀπὸ μὲν ἔθανε ὁ τρα. τηγός — ἀπὸ δὲ ἄλλοι. — Ita magis etiam poëtae.

6, 60. Nisi gravius subest ulcus, reponendum certe ἐδὲ κατὰ λαμπροφωνίην etc.

6, 61. medio retinenda vulgata lectio, quam et Valla expresserat, τό ἐστι ἐν τῇ Θεράπνῃ.

6, 64. Concinnior fieret oratio, si ante ἀνάπυστα inculcaretur καί, absorptum illud, nisi fallor, a praecedente syllaba, referendumque ad τε sequens. Duo fraudi fuerunt Demarato, primum genus addubitatum,

dein bis retentus, profecto Cleomene, exercitus: interpungendum enim post τότε, intelligendumque ex antecedentibus ἀπαγαγὼν τὴν στρατιήν. vid. supra 50.

6, 65. primo verba τῶ Μενάρεος τὸ Ἄγιος mihi de glossa suspecta sunt, quibus quidem receptis et pinguis efficitur oratio, et falso perhibentur: siquidem non Agidis erat filius Menareus, sed Agesilai.

6, 66. primo τὸ ἐόντων περὶ αὐτέων νεικέων et ambiguum est et κακόφωνον. leg. περὶ αὐτὰ νεικέων. αὐτέων scriptum ab aliquo librario ad similitudinem sequentis νεικέων, qualibus vitiis scatent libri.

Ibidem praefero Valckenarii ἀνοιστῦ.

6, 86, 1. legam: καὶ δὴ ὅτι (hoc enim praecipuum argumentum, quod significatur τῶ δή) χρήματα ἐδαμᾶ σὰς ἀσὰς ἐσι ὁρᾶν ἐχοντας. Σὰς ἐσὰς, Lacedaemonios, aut simile quid, sententia requirit.

Mox malim: σὺ δέ μοι καὶ τὰ χρήματα δέξαι.

6, 86, 3. ultimus oraculi versus prave adscriptus mihi videtur ex Hesiodi Opp. et dier. 285: siquidem alia quam apud illum potestate hic legitur τὸ σύρκος versu tertio.

6, 92. circa finem malim: ἀνήρ, τῶ ἄνομα Εὐρυβάτης. Sic passim revocandae sunt formae antiquae atque Ionicae, neque haec, quamvis minuta, recte neglexerimus.

6, 103. malim: τάτῳ ἐξενείκασθαι pro τὠὐτὸ ἐξ., ut mox παρεὶς τάτῳ: nam 3 tantum victorias reportavit his equis Cimon.

6, 122. Amandandum hoc caput in annotationes. vid. Valck. ad h. l.

6, 124 (125). princip. verba ἀπὸ δὲ — κάρτα λαμπροὶ glossatore sunt digniora quam Herodoto. certe legendum κάρτα λαμτρῶν.

6, 136. (137) fere medio delenda, ut iubet Wesselingius, verba τε καὶ παῖδας.

7, 9, 2. extremo τάτε λόγος nihil aliud est quam periphrasis τῷ τᾶτο: ἐκ ἤλθον ἐς τᾶτο ὥστε μάχεσθαι. Late patet hoc genus. vid. Markland. ad Eurip. Iphig. Taur. 578.

7, 10, 2. puncto, quod vocant, distinguendum post διέφθειραν. Verbis, quae sequuntur, ἔχων ἀ. σ. ἐχώρησε obiectio continetur. Sic scribito: — διέφθειραν. — Οὔκων ἀμφοτέρῃ σφι ἐχώρησε. — Αλλ' ἦν etc. Similiter et alibi erratum, velut 50, 1.

7, 4. primo nihil verius Wesselingiano βάλεο: siquidem de consiliis statim agitur, hic vero inconsulte rem aggredi regem indicatur.

Ibid. 5. putide et omnino male legitur Φόβον ἐμβάλῃ, ἢ βροντήν: putide, quia bis iam tonitru habuimus; male, quia, si tale quid in causa est, falso nimirum aliud probatum ierat orator, saepe magnum exercitum parvo succumbere incusso metu. nec fulmina tanti sunt: vid. 42. Lego itaque Φόβον ἐμβάλῃ ἄβροντον, absque fulmine. Similiter Eurip. Orest. 620. — ὑφῆψε δῶμ' ἀνηφαίστῳ πυρί, secundum Hesiodum.

7, 16, 2. πεπλανῆσθαι αὗται μάλιστα δόξασι αἱ ὄψιες τῶν ὀνειράτων, τὰ τὶς ἡμέρης φροντίζει Haec non optime ex se nexa sunt. An dedit scriptor: π. αὐτὰ μάλιστα δόξασι, τὰ τὶς ἡμέρης φροντίζει, glossatorque aliquis verbo αὐτὰ adscripsit αἱ ὄψιες τῶν ὀνειράτων?

7, 32. *ἐπὶ γῆς αἴτησιν.* Quid vero? nunc terram tantum poposcit, nunc terram et aquam? Nugae. Rescribo: *ἐπὶ τὴν αἴτησιν*, i. e. *ἐπὶ ταύτην τὴν αἴτησιν, τὴν τῆς γῆς καὶ τῦ ὕδατος.* Passim confusae Γ et Τ literae, finalesque *ν* et *ς*.

7, 36. *ἵνα ἀναχαχεύῃ τὸν τόνον τῶν ὅπλων.* Nihil aliud voluisse scriptorem puto, quam, relaxasse regem alterorum rudentum contentionem, alteris additis, i. e. non uno tantum ponte exstructo, sed duobus, ut recte Wesselingius, qui quasi invicem relaxarentur, aliis hic, aliis illic, transeuntibus. cf. etiam 55.

7, 50, 1. extremo sic distinguito: — *τὸ βέβαιον*; — *δοκέω μὲν ἀδαμῶς.* — *τοῖσι* etc.

7, 64. circa finem dele glossema *ἀξίνας.*

7, 76. recte Valckenarius *Λυκιουργίας.*

7, 89. extremo, si fas est meum quoque calculum adiicere, *ἐς ὕλατο* reliquisse scriptorem puto, et *τὸ ΔΑ'* natum ex vicino *ΛΑ*, male repetito.

7, 95. circa princ. verba *Ἴωνες οἱ ἀπ' Ἀθηνέων* delenda sunt. vid. Valck.

7, 96. circa finem eidem obtempero, *τὸ δῦλοι* expungenti.

7, 103. princ. leg. *οὐ σὺ Φής*: nam *τὸ σὺ* retinendum censeo.

Ibidem recte Valcken.: *ἐπεί τοι πλεῦνες παρὰ ἕνα ἕκαστον γινόμεθα.*

7, 105. *τύτῳ*, illo, ubi tunc versabatur Xerxes. cf. 58. 59. Arch. *τῦτον*, quod male praefert Wessel.

7, 111. extremo sane recipiendum arbitror Valckenarii commentum *οἱ προσατεύοντες.*

7, 114. Verba Περσικὸν δὲ τὸ ζ. κατορύσσειν male absunt Med. Pass. Ask., licet probante Wesselingio. Similitudo clausularum κατάρυσσον et κατορύσσειν alteri earum totique adeo sententiae offecit.

7, 121. primo reponendum ὅμως pro ὁμοίως, frustra obnitente Wesselingio: nam vehementius quam ceteri pressi non fuere Abderitae. Recte etiam Valla: quanquam gravate.

7, 129. princ. repone Ionicum ὑπαρέας.

7, 134. recip. Valckenarii ἂν ἐγίνετο.

7, 137. circa initium leg. τᾶτο μέντοι ἐν τοῖσι δεινότατον etc., quod eidem in mentem venit.

7, 139. versus finem haud cunctanter rescribendum ταύτῃ ῥέψειν ἐμελλε. intell. τὰ πρήγματα. Nihil vulgatius hac forma. Sophocles Antig. 722. — Φιλεῖ γὰρ τᾶτο μὴ ταύτῃ ῥέπειν. Quod consilium cepissent Athenienses, in eam partem inclinaturam esse Graeciam dicit.

Quod sequitur τᾶτο ubi ἔτω acceperis, sicut 8, 98. princip., Sophoclis Aiac. 649., nihil opus erit hoc reponere, prout placebat Valckenario. Cf. Sophocl. Trach. 374.

7, 140. oraculo extremo sic et lego et distinguo: — κέχυται. Προῖδον κακότητος ἀνάγκας· Ἀλλ' etc. Praevidi (atque adeo praedixi vobis) miserias fatales: agitedum, exite etc. Αἷμα quidem προϊδὼν quid sibi velit, nemo facile exputaverit.

7, 141. versu oraculi tertio lege ἀδάμαντι πεδήσας, adamante vinciens, i. e. firmans. Saepissime inter se commutatae in libris deprehenduntur literae Α et Η, Δ et Λ.

Versu antepenultimo legam: *εἴ τοί κοτε ἀντίος ἔσῃ*: si tibi forte aliquando adversus stetit, i. e. si tibi obviam factus fuerit.

Dispersam Cererem intelligo sationem frumenti, coëuntem tempus messis. Cf. 206.

7, 142. primo leg. *ἀπήϊσαν*. Vid. Valck.

7, 143. circa initium recipio Reiskii commentum *ἐόντας*, Valckenario quoque comprobatum.

7, 145. malim *καὶ ἄλλοισι ἐγκεχρημένοι*, ut utraeque partes belligerantes indicentur.

Extremo hoc segmento vide, quid possit interpunctio: nam ubi distinxeris post Ἑλληνικῶν, nihil ad sententiae integritatem censeas mutandum. supplendum *ὄντων*, solenni forma, ut integra sit haec oratio: *ἀδαμῶν ὄντων Ἑλληνικῶν, τῶν* (i. e. *ὧν*) *ἡ πολλὸν μέζω* (intell. ex antecedentibus *ἐλέγετο εἶναι*).

Πολλῶν, quod codd. hic nonnulli praebent, fuit id quidem primitus *πολλῷ*, sicut et 8, 123 (124). Ald. et ora Stephani *πολλῶν Ἑλλήνων σοφώτατος*.

7, 147. circa initium verba *τὰς Ἕλληνας*, facile illa quidem intelligenda ex voce Ἑλλάδα, potius expunxerim quam cum aliis *σφέας*.

Extremo capite *τὸ κατάσκοποι* expellendum censeo, ut et speculatores intelligantur et nautae simul isti navium frumentariarum.

7, 149. medio. *ἐπιλέγεσθαι*. Hoc pro anacoluthо habetur; haud recte: siquidem *ἐπιλέγεσθαι* pendet a verbis *σπουδὴν ἔχειν*. Curabant ut et fierent induciae, et, his factis, ne sibi providendum esset, quominus Lacedaemoniis succumberent.

7, 153. primo leg. *πρόγονος οἰκιστήρων Γέλης ἦν ἐκ νήσου* etc. Erat ex colonis Geloïs. Passim confusa vocabula *οἰκήτωρ* et *οἰκιστήρ*.

7, 156. circa init. leg. propemodum iuxta Reiskium *ἅπαντά οἱ Συρήκουσαι*: nam *οἱ αἱ Συρ.* est *κακόφωνον*.

7, 162. De glossemate *ἔτος — ερατιὴν* sentio cum Valckenario.

7, 167. princip. bene Koen.: *οἰκότι χρεωμένων*.

Extremo hoc capite absurdum quid sonant verba *ὡς Καρχηδόνιοι*: siquidem ea ipsa Carthaginiensium fuit relatio, a quibus, utpote colonis suis, Phoenices dissensisse non est consentaneum. Quin ipsum *Φοίνικες* designat Carthaginienses, cuius glossema est *Καρχηδόνιοι*. Schaeferus edidit: — *εἴτε ἑτέρῳ, ὡς Συρηκόσιοι, Καρχηδόνιοι* etc.

7, 176. circa principium construenda verba *Εὐβοίης* et *αἰγιαλός*.

Mox *ὑψηλόν* confodi recte iussit Valcken.

7, 177. primo bene Koen. *τῇ* pro *ὅτι*.

7, 184. primo stribiliginem plerique omnes vident. Legam: *καὶ πλῆθος* (deleto *ὂν*) *τηνικαῦτα ἐς ἐγὼ συμβαλεόμενος* (sic computans) *εὑρίσκω τόσον* (sic Arch. V. Brit. Ald.)· *τῶν — χιλιέων, τὸν ἀρχαῖον* (deleto *μέν*) *ἑκάστων* etc. Ita omnia clarissima: siquidem *εὑρίσκω* iam pertinet ad *τὸν ἀρχαῖον* et sequentia, intellecto *ἕνεκα* in verbis *τῶν μὲν ἐκ τῶν νεῶν*: quod illos attinet —. Possis et: *τὸν μὲν ἐκ τῶν νεῶν — χιλιέων, τὸν ἀρχαῖον, ἑκάστων τ. ἑ. ἑ. ὅμιλον τέσσερας* etc.

Mox Wesseling. recte: *ποιήσας ὁ, τι πλέον ἦν* etc.

7, 190. circa finem dele χρύσεα cum Valckenario, et in ipso fine repone παιδοκτόνος, ut elegantius verbum: ex tribus codd. Aldo et Plutarcho.

7, 197. fere medio ὥσε τι πρὸς τάτοισι. Valck. et alii: ἅσε, ὅτι πρὸς τάτοισι, intellecto ἔλεγον: sed hoc frigidiusculum. Fortasse legendum: — μέλλῃ· ὡς ἔστι προστάτῃσι (quoniam id licet praefectis urbis vel civitatis). πολλοὶ ἂν ἤδη etc.

7, 207. Auscultandum Valckenario de περισπερχθέντων.

7, 209. lege cum Reiskio τῆπερ ἔρων.

7, 213. medio: τῶν Ἀμφικτυόνων — συλλεγομένων. Glossema hoc esse, vidit Reiskius, nec valde dubitavit Valcken.

7, 219. circa initium recte Valcken. secundum Vallam: ἐπὶ δὲ καὶ κὐτόμολοι etc.

7, 220. in verbis oraculi non semel titubatum. Versu 2. leg. Ἢτ' ἄρ' ἐρικυδὲς ὑπ. ἀ. Π., i. e. ἤτοι ἄρ', sicut passim vel ἤτοι — ἤ, vel ἠ — ἤτοι sibi respondent, qua de re vide nos ad Sophoclis Aiac. 177. Posterior τᾷ ἄρ' syllaba vi caesurae producitur; μέγα glossema est τᾷ ἐρικυδές: nam illud retinere nemo rei metricae callidus studebit. Versu 5. non inelegantius foret Οὐ γάρ τοι ταύρων.

Extremo capite nisi οἴχεσθαι interpreteris perire, quo te vertas nescias, neque sic tamen convenient addita verba τὰς οἰχομένας. Atque hic, ubi de abeundo ubique agitur, minime placet ista τᾷ οἴχεσθαι interpretatio. Quamobrem haec praefero: — μᾶλλον, ἤ, γνώμῃ διενεχθέντας, ἔτοι, ἀκόσμως, οἴχεσθαι τὰς εὐχομένας: quam, cum dissentirent, non abire, indignis modis, quicunque id optassent.

7, 223. Circa finem capitis haud equidem spernam *οἱ δὲ* inculcatum ante verba *ἅτε γὰρ ἐπισάμενοι*, ne de Persis haec quis accipiat.

7, 224. Insulsum Medicei additamentum merito displicuit Wesselingio.

7, 234. leg. *καὶ τετέων κόσοι* etc. Ὁκόσοι interrogationi apertae non convenit.

7, 235. circa finem *ἰωνικώτερον* foret *ποιέῃς*.

7, 236. extremo de verbo *ἀνιεῦνται* sentio cum Wesselingio.

8, 5. extremo verba *τὰ χρήματα* elegantius intelliguntur ex proxime antecedentibus quam perscribuntur. Glossema puto.

8, 20. recte Valcken. *ἀδέν τε προσεάξαντο*.

8, 24. lego: — *Θερμοπύλῃσι* (*ἔσαν δέ κη* [circiter] *δύο μυριάδες*), *ὑπολιπόμενος* etc. Turbavit iotacismus.

8, 34. extremo non *Βοιωτοί*, sed poscit sibi sententia *Μακεδόνες*, vel, quod malim, *αὐτοί*, intellectis Macedonibus. Alexander, metuens, ne pro inimico haberetur ob facinus olim admissum in Persas 5, 20, hoc fidei pignus dare voluit. Boeotii quomodo animati essent, nemo nesciebat: *Βοιωτῶν δὲ πᾶν τὸ πλῆθος ἀμφὶς ἐᾷ*.

8, 44. circa finem *ἐφ' ἓν* accipienda sunt verba *Πελασγοὶ* et *Κρανοί*.

8, 46. Hoc caput inculcandum post sequens, ut series rerum enarratarum docet. vid. ad 6, 40.

8, 64. extremo V. Arch., quibus concinit Valla: *τὸν Τελαμῶνος*, non improbante Wesselingio, qui confert 120. Vulgata etiam praepostera.

8, 65. non longe a principio: κονιορτὸν — ὡς ἀνδρῶν μάλισά κη τρισμυρίων. Hoc vero ridiculum, pulverem dici a quantolibet hominum numero exortum, quasi hoc e longinquo discerni possit. Legendum arbitror ὡς ἀνδρῶν τρισμυρίων, absque istis μάλισά κη, quam formulam, in numeris usitatam Nostro, simia quis eius addidit. Τρισμυρίων, innumerorum, ut saepe τρις praefixum nominis significationem auget.

8, 66. non longe ab initio recte Valchen. ὡς μέν νυν ἐμοὶ ἐοικέειν, ex more Huius.

8, 68, 2. circa finem leg. cum Koenio ἅτε αὐτῷ εἰκός.

8, 69. circa finem τὸ σταδαίην a Valla redditur: seriam. Verte: peritam, prudentem.

8, 71, extremo malim βωδίζαντες, et sic in similibus ubique.

8, 73. circa finem, recepta Valckenarii correctione ἐκδεδωρίανται, totum eum locum restituere mihi videor legendo: οἱ δὲ Κυνάριοι αὐτόχθονες ἐόντες δοκέουσι μὲν ἂν ἐξ αἰῶνος· ἐκδεδωρίανται δὲ ὑπὸ τῶν Ἀργείων ἀρχόμενοι, καίτοι χρόνῳ ἐόντας, ὡς καὶ Ὀρνεᾶται περίοικοι. Μᾶνοι si quis retinere cupiat, is interpretabitur si qui alii vel prae ceteris. Ionibus hic nihil deberi, facile intelligitur: siquidem qui αὐτοχθονες sunt Peloponnesii, peregrini nimirum esse nequeunt. Quod supra dederat αὐτόχθονα ἐόντα, fortius hic effert addito ἐξ αἰῶνος, ut fieri solet in repetitionibus apud scriptores eloquentes. Sero linguam et instituta sua deseruisse dicuntur Cynurii et Orneatae.

8, 74. primo leg. δρόμον. Vid. Wessel.

Medio capite sic distinguendum: — τὴν Εὐριβιάδεω ἀβουλίην —: nam et hic ellipsin agnosco illam, de qua Valcken. ad 62. Cf. Aristoph. Plut. 470. ibique Schol.

8: 77. circa init. pro πρήγματα, quod alienum, lege προῤῥήματα.

Oraculi versu 5, quae crux interpretum, tentabam: δοκεῦντ' ἄμα παντα πατεῖσθαι, sperantem, omnia proculcatum iri. Codex Pass. πειθέσθαι, quod fuit, ni fallor παθέσθαι, h. e. πατεῖσθαι.

8, 80. circa principium leg. αὐτὸς αὐτόπτης γενομένων ἥκεις.

8, 85. Bene Valcken. τᾶδε δὲ εἵνεκα.

8, 90. extremo legam: Πέρσης, ἀσπαίρων τάτε etc. intellecto ἕνεκα: Ariarammes, amicus regis, quia obniti huic de re ausus est, capite poenam dedit. Sic ἀσπαίρειν legitur etiam supra 5., ubi vid. Valck. Similis syllaba — ης in Πέρσης traxerit sequentem.

8, 94. τοῖσι Κορινθίοισι. His non aegre carebimus, et absunt Arch. V. et Valla.

8, 99. repone θαλίῃσι pro θυσίῃσι, iuxta Valck.

8, 101. primo pro ἥσθη legam ἕσῃ, conquievit. Certe ἥσθη idem τῷ ἐχάρη.

Mox lego: σέο τε περιεόντος, καὶ ἰκανῶν τῶν πρηγμάτων etc. Ductus α facillime in ει transit. Wesselingius tentabat εὖ κειμένων, quod iusto fortius.

8, 103. verba καὶ πᾶσαι inepte addita mihi videntur a quodam non advertente, in vocabulo πάντες commode Artemisiam quoque intelligi.

8, 104. οἱ δὲ Πηλασέες — ὁ Ἑρμότιμος ἦν. Pedibus eo in Valckenarii sententiam.

8, 105 (106.) versus finem potius legerim: ἐδόκεές τι θεὸς λήσειν οἷα ἐμηχανῶ τότε;

Eodem capite fere medio nive frigidius istud πειρῶτο ἂν ἠυχίην μὴ ἄγειν, estque, nisi omnia me fallant, petitum ex sequentibus, nonnemine mirante, quo pertinerent verba πειρῶτο ἄν, verbo μένειν scilicet adstructo τῷ ἀναγκασθείη, cum tamen vel solute id positum sit, velut 105. (106.) 9, 13. (Μαρδόνιος δὲ ἀδαμῶς ἔτι πρόθυμος ἦν μένειν ἐν τῇ Ἀττικῇ.), vel μένειν aeque ad utrumque horum (ἀναγκ. et πειρ. ξυν) referendum, figura usitatissima, quam illustravi in Lectionibus Aristoph. ad Plut. 69. His positis, ita distinguendum: — ὁ Πέρσης, μένειν ἐν τῇ Εὐρώπῃ πειρῶτο ἂν· ὡς ἔγωντι etc.

Fraudis postulanda etiam verba ἔστε τις κομιδῇ τὸ ὀπίσω Φανήσεται.

8, 108. (109.) finem versus relinco Aldinum καταμείναντες, et ἐπιμεληθῆναι pro imperativo accipio, quam formam Noster amat.

Capite extremo verba ἵνα — ἔχῃ ἀποστροζήν, in quibus haerebant etiam Valck. et Wessel., addita puto explicandae voci rariori ἀποθήκην μέλλων ποιήσεσθαι.

8, 128. (129.) finem versus ista καὶ τῆς πλημμυρίδος glossatoris esse, cave dubites, qui primitus, ni fallor, adscripserat ἢ τῆς πλ.

8, 129. (130.) extremo leg. εἴ τι δυναίατο.

8, 131. (132.) circa finem secundum Arch., probante Wesselingio, repone συνέπιπτε δὲ τοῦτο.

8, 133. (134.) fere medio leg. κατακοίμησε, secundum Valck.

8, 137. (138.) primo magis Herodotëum foret τῶν τις παρέδρων. Sic 1, 71. τῶν τις Λυδῶν, 1, 85. τῶν τις ἱρέων. Cf. A. Matthiae gramm. gr. §. 278.

8, 139 (140.), 2. circa finem: αἰεί τε φθειρομένην μάναν. Hoc putidum glossema praecedentis coli. Dein lege ἐξαίρετόν τε μετ., a quo non abludunt codd. plerique omnes.

8, 141. (142.) secutus Arch. et Vind. lego ἔστε ἄλλοισι Ἑλλήνων ἐδαμοῖσι, deleto γε.

8, 142. (143.) circa initium Arch. Pass. Ald. Valla δέει, recte.

8, 143. (144.) primo malae fidei mihi videntur esse verba Λακεδαιμονίους, μὴ ὁμολογήσαμεν τῷ βαρβάρῳ, petita illa, ni fallor, ex capite 140. Respondent Athenienses, timore quidem esse humanum, sed de se timuisse Lacedaemonios, id enimvero sibi videri turpe. Sic a generalibus ad singula descendere solent orationes. Et idem nunc dici ἀνθρωπήιον, nunc αἰσχρόν, absurdum est.

9, 2. circa initium malim πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα.

Ibidem lego ἅτε περ καὶ πάρος ταῦτα ἐγίνωσκον, sicut et antea hoc intellexissent (Persae). οἷπερ alienum prorsus est. Valla: quod et antea cognovissent.

Mox ποιήσεις, trium lectio librorum, merito placebat Valckenario et Wesselingio.

ἰσχυρά, ex antecedentibus petitum, recte abest Med. Pass. Ask.

9, 4. medio τὸ προέχαν frustra tueri studet Wesselingius: nam quis, quaeso, προέχειν, vel προτερον ἔχειν, pro γιγνώσκειν πρότερον usurpavit unquam?

Nempe hoc probandum erat viro eruditissimo. Quod dum fiat, interim legi potest, intellecto, pro more, νῦν: προσέχων μὲν τῶν Ἀθηναίων ὁ Φιλίας γνώμας: secum reputans Atheniensium odia.

9, 6. haud longe ab initio praeferenda est codicum 6 et Aldi elegans lectio ἐς τὴν Βοιωτίην ἐλέγετο εἶναι. Similiter Sophocles Aiac. 80. Ἐμοὶ μὲν ἀρκεῖ τῶνον ἐς δόμους μένειν, ut recte Schol.; Aristophanes Plut. 997. τἀπὶ τὰς πίναξας γραφήματα Ἐκόντα.

Extremo capite Koenius, non improbante Valck., προεῖκάν τε.

9, 7, 2. περιβατά τε ἐσβαλόντα ἐς τὴν Αττικὴν τὸν βάρβαρον. Insipidum glossema et κακόφωνον.

9, 16. Hoc caput ab Herodoto conscriptum esse, nondum adducor ut credam: tam longe repetita, tam frigida, tam vana denique sunt omnia, quibus continetur. Prima quidem Persae oratio ad similitudinem Polymniae capitibus 45. 46. contentorum adumbrata est. Sed distant aera lupinis: siquidem quae ibi graves in viro gravi, locoque et tempori aptissimae, sententiae animum feriunt lectoris, eaedem hic in levi persona, minimeque apta occasione, usurpatae parum absest quin risum moveant. Reliqua hominis (nam Graecus quidem vix hiscit) minime exquisiti saporis dicta partim ex Homero Cambysisque oratione 3, 65. excerpta sunt, id quod monent etiam Valckenarius et Wesselingius, partim ex poëtis Graecorum dramaticis ac gnomicis clepta mihi videntur, nec magis immutata, quam vel prosa requireret oratio, vel imitatoris minime recentis circumspectio. Loci ipsi animo

obversantur, quos nunc anquirere nec vacat, neque opus adeo videtur esse in sententiis loquendique formis protritissimis. Ubique autem ampullas video et Graeculi eloquentiam ostentantis affectationem minime Herodoteam: nam ut ποιητικώτερα interdum sectetur historicus, quis ferat ista magnanima: μνημόσυνά τοι γυάμης τῆς ἐμῆς καταλιπέσθαι θέλω, et quae sequuntur, verba illa sane et nihil praeter verba? quis non castiget querentem, se πολλὰ Φρονέοντα μηδενὸς κρατέειν? Aut multum fallor, aut eiusmodi ἀλαζόνα dignum non habuisset Noster, cui famam suis scriptis conderet aeternam. Abiiciendus totus hic cinnus, quem adsuisse mihi videtur aut sophistae quidam discipulus, aut Thersandri eiusque familiae studiosus, Orchomenius, ut arbitror, sicut Eratus caput 122. insitum fuit procul dubio a nescio quo Calliae, ditissimi hominis, assecla aeque ingenioso.

9, 21. (22.) circa initium malim legi: ἐγένετο ἔτι τῆς μάχης. Τέλος ἔνί τινες pro eo quod est τέλος τινὸς vix graecum.

9, 25. (26.) medio verbo καὶ ἀπάγειν τὴν στρατιὴν glossae speciem prae se ferunt.

Extremo capite in verbo δίκαιον, me si audis, intelligas μᾶλλον, neque hilum noves.

9, 31. (32.) primo verba τάπερ — πλείω glossatoris haud dubie sunt, non Herodoti. Similiter infra 71. Οὗτοι μὲν τῶν ἐν Πλαταιῇσι ἀνομαστότατοι ἐγένοντο.

Extremo capite eleganter Arch. ὡς δὲ ἐπεπάσαι absque copula. Sic passim alii, Noster 34. ἂς τάχασι.

9, 32. (33.) fere medio dele cum Valck. τὸ Κλυτιάδην.

Eodem medio praetulerim πολέμων. Vidd. inttpp.

9, 33. (34.) primo recte viri docti αἰτεόμενον.

Ibidem versus finem non displicet librorum lectio ἐπορέγεται.

9, 38. (39.) circa finem tolle glossema ἀ Φειδομένοι, mecumque lege: ἑλόντες δὲ ταύτην τὴν ἄγρην οἱ Πέρσαι ἀφειδέως ἐφύλασσον ἅτε ὑποζυγίῳ ἀδενός, ἅτε ἀνδρώπου. Verbum ἀφειδέως pertinet ad ὑποζυγίῳ et ἀνδρώπου.

Extremo capite ὡς verbis τὸ στρατόπεδον adiectum puto a quodam nesciente, παρὰ sic etiam in rebus usurpari.

9, 39. (40.) circa finem leg. τὸ δὲ ἀπὸ τούτων, intellecto Θηβαίων. Post Thebanos acerrimi bellatores fuere Persae et Medi.

Ibidem in ipso fine fuit cum legendum censerem μάλα ἑκοντὶ ἀποδείκνυντο ἀρετάς. Certe vulgata lectio περιστολόγος, et ἔσχον inusitatum in prosa oratione.

9, 40. (41.) fere medio verba μηδὲ ἀναμενοῦσαν συμβάλλοντας longius absunt ab istis, quo referri solent, κατ' ἡσυχίην διαπρήσσεσθαι. Quamobrem legam ἀναμενούσαιων, et accipiam de Graecis.

Ibidem legam Θηβαίη, quo referatur πρεσβύτερος, sicut Πέρσης pro Πέρσαι et similia passim leguntur apud Hunc et alios. Sciebant Thebani, commeatum domi sibi suppetere, et, ceteros ex seipsis iudicantes, omnem Graeciam facile sperabant ἐθελοντηδεῖν.

9, 47. extremo: τούτους τῷ ἅπαντι στρατοπέδῳ νικᾶν. Minus haec condita. Subaudio equidem ἐοικέναι ex antecedentibus.

9. 49. (50.) circa finem malim, ἀνταπατήρας quidem, ὑπόνους, vel ὑπῆνας, quo ducit Arch., hic exhibens ὑπανῆς, sequente capite ὑπαὶνας.

9, 56. (57.) sane reponendum ex Arch. Θείᾳ τέχνῃ vel Θείᾳ τύχῃ. quamquam τέχνῃ quidem bene habet.

9. 57. (58.) medio: διέδειξαν — ὅτι ἀναπεφηνύατο: ostenderunt, se ostendi. Quis ita balbutientem ferat quenquam, nedum eum, quem et Platonem pro duobus principibus in dicendo habet optimus rei index Dionysius Halicarnassensis in libro de Demosthenis vehementia? Nempe διέδειξαν glossema est vocis rarioris: quo deleto leges:— ὁρῶμεν διαῤῥήντας, ἐπεὶ σφᾶς δεῖ — διαχριθῆναι· οἱ δὲ ἀδένες κ. τ. λ.

Mox συνηθέατα crucem fixit interpretibus. Propius a vero mihi videtur Parisini B. lectio συνηθέατε, ipsum verum συνηθέστε, consuescitis. Alibi fortasse non lectum vocabulum a συνήθης eadem via venit qua ἀηθέα ab ἀήθης.

9, 60. (61.) finem versus: καὶ τῶν σφαγίων ἃ γινομένων. At ista modo legimus.

9, 64. (65.) extremo tolle τὸ ἱρὸν cum Valck.

9, 70. (71.) circa initium inculca ἃς ante ὑπερεβάλοντο, absorptum illud quidem a praecedente syllaba; quo facto, praetereaque leviter distinguendo post Λακεδαιμόνιοι, nec non πρωνθέτας acceptis verbis ἅπαντες γὰρ — εἶναι, sensus sibi constabit loci. Verte: Inter Graecos quidem rem bene gerentibus Tegeatis et Athenicnsibus, praecelluisse tamen virtute Lacedaemonios, non alio possum argumento probare (siquidem omnes sibi oblatos devicere), nisi quod

robustissimam illi exercitus hostilis partem adorti superarunt etc. Aristophanes Nub. 6. Ἀπόλοιο ἔφη', ὦ πόλεμε, πολλῶν οὕνεκα, Ὅτι δ' ἀδὶ κολάσαι ἔξεί μοι τὰς οἰκέτας. Ὅτι δ' ἀδὶ enim legendum est, non ὅτι ἀδέ, ut vulgatae. Quod subodoratus etiam Brunckius.

9, 75. (76.) medio ταυτολόγον est, quod in vulgatis legitur, αἰχμαλώτω δαλοσύνης. Repone αἰχμάλωτον.

9, 82. (83.) circa finem additicia sunt verba καὶ τὸ ἔνω τῆς γυάθου, quod vel constructio indicat utrimque vicinorum. Itidemque ista ἐξ ἑνὸς ὀσέου — γομφίος pro interpretamento adscripta mihi videntur τῷ μυοφυέος.

9, 92. (93.) usus poscit Reiskianum καταπομπίσαντος τὴν φυλακήν.

9, 105. (106.) finem versus in Πελοποννησίοισι intelligi utcunque σὺν possit; praestat tamen Πελοποννησίας: nam Atheniensium sententia non rogata id statuerant Lacedaemonii.

9, 108. (109.) Quidquid dicunt, praefero equidem ἢ δὲ καπῶς γὰρ εἶσε etc.

9, 110. (111.) extremo inanis est responsio Magistae. Legam ἀ δή κέ με ἀπολέσεις: non me perdes: effugiam enim te, aut te ulciscar. Quod et dein facere instituit. Valla cum vertat: nondum me interemisti, legerit necesse est ἀ δή κω, quod aliquanto melius.

9, 118. (119.) πεταμῷ plerique et bonae notae libri.

Notatio Iota subscriptum fere non inveniebatur in his typographi litteris; quod propterea monendum duximus, ne quis id saepius obscurum vitio nobis vertat.

Epigrammata in Herodotum, e Graeco versa.

1.

Herodotum Lyxae tumulus tegit, Iados olim
Antiquae scriptor qui fuit historiae.
Invidiam ob diram patria male Doride pulsus,
Vir patriam voluit Thurion esse suam.

2.

Herodotus Musas acceperat. Huic proficiscens
Musarum fertur quaeque dedisse librum.

II.

ANIMADVERSIONES IN LIVII HISTORIARVM LIBROS V. PRIORES.

II. Animadversiones criticae ad Livii Historiarum libros V. priores.

Quo clarior sententiarum ac verborum luminibus suaviorque est Livius, eo magis vel minimi scrupuli inter legendum iniecti laedunt. Quos ex prioribus quidem eius quinque libris eximere utcunque nunc decrevimus.

I. De libro Historiae Livianae primo quod moneam, nihil propemodum est: nam capitis XX. §. 2. non *Romuli quam Numae*, cum Numa ipse cogitans secum inducatur, sed *Romuli quam sui* legendum, nomenque *Numae* pro glossemate habendum esse, id levius quam quod annotaretur indicarem, nisi talia passim monerentur. Similiter argumentantem vide Gronovium ad IV, 44, 7.

II. Gravius vulnus inflictum Livio est initio secundi, ubi sic loqui faciunt scriptorem: „Priores" [Tarquinio superbo reges Rom.] „ita regnarunt, ut „haud immerito omnes deinceps conditores, *partium*

„*certe* [vel, secundum alios, *coeptae*] urbis, *quas* „*novas ipsi* sedes ab se auctae *multitudini addiderunt*, „numerentur." Ecquid insulse laudari videntur reges? Numerandi sunt conditores partium urbis Romae, quas aedificaverunt! Quid postea? Hoc magnum facinus, hoc *regnare* est, quod mediocres reges quotidie aemulantur? Et falsum est, omnes reges inde a Romulo novas urbi partes addidisse. Si hoc tantum *condere* vocandum est, Numa conditor non fuit, quem tamen c. 19. §. 1. *legibus ac moribus* de integro *condidisse* urbem affirmat scriptor. Nec magis Tarquinius fuit Priscus, qui muro quidem cinxit urbem (36. et 38.), aedificavitque Circum Maximum, sed novas sedes multitudini non addidit, ni sic interpretari velis illud (35.), quod *circa forum privatis aedificanda divisit loca*. Quid multa? Glossemate oppletus est locus, quod literis rotundioribus indicavimus. Nasutulus enim quidam cum conditores vocari videret plures reges, nec nisi de condendo lapidibus atque calce cogitaret, ista addidit, quibus scilicet sententia, sibi sic merito suspecta, nisi vera, certe minus insulsa redderetur. — Eiusdem libri cap. 55. §. 8. necesse est scribi: *apparebatque omne discrimen abesse*, non *adesse*, quod aegre intelligatur, tantum abest ut hic locum habeat. Simillimus locus est 4, 2, 5, quo emendatio confirmatur. — Cap. 59. §. 3. legendum est: *satis tamen apparet, capi tantum castra militem Rom. noluisse, alibi gaudere sua clade atque ignominia*; non *alii*, quod nihili est. *Alibi* in alia re, alioqui, et praefert unus codex Ms. glossema *aliequin*. — Cap. 64. §. 2. sanavit I. F. Gronovius, non persanavit, dum *tranquillum* quidem reponit pro vul-

gato *tranquillo*, sed ista *seditiosa initia* interrumpere orationem sinit. Tu scribe: *Similem annum priori Consules habent, seditiosum initio, bello deinde extremo tranquillum.* Fefellerunt, sicut saepe, compendia et vocabulorum literae extremae.

III. Libri tertii cap. 67. §. 9. non pro eloquentia Liviana est, quod *videbamus* et *vidimus* eodem commate coniunguntur. Sed non hac una labe affectus est locus: nam et illud tolerandum non est, quod in verbis *patricium quoque magistratum* apodosin incipiunt, cum ibi *patricium tamen*, non *p quoque*, dici oportuisset; et locutionem, qualis ista est *magistratum plebi donum fieri*, hoc est plebi donari, ludentem et nativi ingenii poëtam *) decet, verum atque eruditum historicum non item. Locus sic scribendus videtur: *Consules facere vestrarum partium* [voluistis]: *etsi patribus videbamus iniquum, patricium quoque magistratum plebi donum ferri: sivimus.* Si absorptum fuit a praecedente voce: nam R et S perpetuo confunduntur in scriptis libris, quod idem et in verbis *fieri* et *ferri* observatur. Deinde ex *vimus*, quod sensu cassum esset, de industria factum *vidimus*. *Donum ferri*, ut Virgilius: *Di tibi — Praemia digna ferant*, hoc est tribuant, donent. Ceterum, quod vult eruditissimus Drakenborchius, verbis *plebi donum fieri* etiam hoc indicari posse *a plebe donari magistratum*, cum nullis exemplis rem adstruxerit per se minime comprobandam, aures non praebeo.

IV. Libri quarti cap. 2. §. 4. aut lectio antiquissimarum editionum *et quemadmodum* recipienda est,

*) Martialem 2, 2.

quam et in duobus codd. Mss. invenit Drakenborchius, aut (quod magis placet) *quemadmodum* pro glossemate *tũ ut* habendum legendumque est: *ut, ut plebi gloriari posset, auctiorem amplioremque esse.* Adscripserint *quemadmodum*, ne pro coniunctione haberetur vox. — Cap. 2. §. 13. *Et audeat* in vulgatorum *Sed audeat* locum succedere necesse est. *Sed* enim nullam hic vim habet. Iteratum *et* affectum adiuvat — Cap. 3. §. 4. in verbis *Et ne regibus quidem* novum comma incipiendum scribendumque puto *fuerat*, vel *fuit*, non *fuerit*. Quippe instituitur novus sermo de temporibus Romanae reip. post exactos reges. — Cap. 11. §. 4. sententia reponi flagitat *quam omnibus Rutulis divisum esset* pro vulgatorum librorum lectione *divisus*. Alioqui ager nullus relictus esset colonis Roma deductis. — Cap. 20. §. 11. *Ea libera coniectura est. Sed (ut opinor) vana versare in omnes opiniones licet: quum auctor pugnae — sese A. Cornelium Cossum Cons. scripserit.* Non immerito haesit in his verbis *Sed — licet* Glareanus, quae, ut explicari utcunque possint, commodum tamen sensum nequaquam praebent. Cum enim in universum dicta sint illa *Sed — vana versare in o. o. l*, sequentia, quae ad solum Cossum pertinent, non ita adiungenda erant, quasi his antecedentium (at in universum dictorum, itaque non probandorum, sed probantium!) causa contineretur. Quamobrem verba *versare* (quod *versari* fuerit initio) *in omnes opiniones licet* pro interpretamento illis *ea libera coniectura est* adscripta arbitror, quibus deletis sententia optima existit haec: *Ea libera coniectura est, sed, ut opinor, vana, quum* etc. — Cap. 24. §. 7. *Deposito suo magistratu, modo aliorum*

magistratui imposito, fine alteri, cum gratulatione ac favore ingenti populi domum est reductus. Torserunt se in his declarandis interpretes, quos novi, omnes. Nec temere est; verum non in verbis *fine alteri* haerendum erat, quae nihil, ut opinor, habent, quod offendat; sed corrupta sunt ista *aliorum magistratui*, quorum loco si genuinam haud dubie lectionem *alteri horum magistratuum* restituerimus, sanatus erit locus. Alter autem magistratus est censura, quam minuit Mam. Aemilius, alter dictatura, quam finivit, h. e. qua tum sese abdicavit. *Finiri* enim non modo in perpetuum dicuntur res, verum etiam in tempus. Vel leius 2, 33: *neque eo viro* (Pompeio) *quisquam aut alia omnia minus, aut gloriam magis, concupiit: in appetendis honoribus immodicus, in gerendis verecundissimus, ut qui eos ut libentissime iniret, ita finiret aequo animo.* Fraudi autem fuerit librario vox *alteri* per compendium scripta, quacum coalescens verbum *horum* vel *orum* (sicut passim male vel addi vel omitti ab scribis literam adspiratam monui ad Plauti Asin. 24. et 492.) cito depravatum fuit; verbique *magistratuum* extremam syllabam sequens traxit vox.

V. Libri quinti cap. 6. §. 7. ex indole linguae reponendum: *nec finem is ullum* etc. Ita saepe orationem variat scriptor. Infra cap. 17. §. 1.: *Ingens inde haberi captivus vates coeptus, eumque adhibere — coepere.* — Cap. 14. §. 2. legendum puto: *non homines modo, sed deos etiam expectabant.* Ennius in satiris:

Hoc erit tibi argumentum semper in promtu situm,
Ne quid *expectes* amicos, quod tute agere possies.

Scriptum depravate *expiciebant*, vel aliud quiddam simile, magis etiam paulatim corruperint librarii, ut fieret *excipiebant*. — Cap. 17. §. 8. Locus depravatissimus. Quid enim, quaeso, sibi volunt ista *In ea parte Etruriae?* Rescribo equidem: *Inexpertam Etruriae gentem, invisitatam, novos accolas Gallos esse* etc., h. e. novos accolas Gallos esse gentem inexpertam Etruriae, sive Etruscis. Verba enim *novos accolas Gallos ἐφ' ἓν* accipio. Sensus clarus et, nisi fallor, aptissimus. — Cap. 20. §. 1. *Dictator, quum iam in manibus videret victoriam esse, urbem opulentissimam capi*, etc. Ecquid pinguia videntur haec? Quid enim differunt *victoriam in manibus esse* et *urbem capi?* Nempe haec illis pro interpretatione sunt addita, ut genuina Livii scriptura haec fuerit: *D. q. i. in m. v. victoriam esse opulentissimam, tantumque* etc.

III.

CARMINA GRAECA ET LATINA.

A. ΠΟΙΗΜΑΤΑ ΈΛΛΗΝΙΚΑ.

1. ΦΙΛΟΚΤΗΤΟΥ ΕΥΡΙΠΙΔΕΙΗΣ ΠΡΟΛΟΓΟΣ.*)

ΌΔΥΣΣΕΥΣ.

Μή ποτε φανῶσι ξύμμαχοι τύτυ μάτην
Εἰληφότες τὴν δόξαν, ὡς σοφωτάτυ!
Πῶς δ' ἂν φρονοίην, ᾧ παρῆν, ἀπραγμόνως
Ἐν τοῖσι πολλοῖς ἠριθμημένῳ στρατῷ,

*) Eruimus prologum hunc et sequens Ulyssis cum Philoctete colloquium ex paraphrasi Dionis Chrysostomi, orat. 59., emendatiore illa quidem exhibita in Valckenarii diatriba in Euripidis fragmenta p. 117. sqq.; eruimus, inquam, id est ita utcunque restituimus, ut solutam rhetoris orationem versificaremus. Exemplum praeiverunt Valck. et Piersonus, quorum vel longe secutum esse vestigia, me non poenitebit.

1. τύτυ. ἐμῦ. Vide nos ad Sophocl. Oedip. Tyr. 521.

3. — 8. exstant recte descripti in Aristotelis Eth. Nicom. 6, 8. Plutarchi opp. moral. p. 966. aliisque.

Ἴσον μετασχεῖν τῷ σοφωτάτῳ τύχης;
Ἀλλ' εὖ γὰρ ἔστω χαίρων, ὡς ἀνὴρ, ἔφυ·
Τὰς γὰρ περιστὰς καί τι πράσσοντας πλέον
Τιμῶμεν, ἄνδρας τ' ἐν πόλει νομίζομεν.
Ὑφ' ἃ προάγομαι πλεῖν ἔχειν τε πράγματα
Κἄγωγε, καὶ ζῆν ἐπιπόνως παρ' ὄντινᾶν.
Ὀκνῶ δὲ μόχθων τῶν πρὶν ἐκχέαι χάριν,
Καὶ τὰς πιτνούσας ἐκ ἀπωθοῦμαι πόνους.
Νῦν ἦν κατ' ἔργον δεῦρ' ἐπισφαλὲς πάνυ
Ἐλήλυθ' ἐς τὴν Λῆμνον, ὥσθ' Ἡρακλέους
Βέλεμνα καὐτὸν τὸν Φιλοκτήτην ἄγω
Ἕλλην· ὁ γὰρ δὴ μαντικώτατος Φρυγῶν,
Ἕλενος, ὁ Πριάμου, δυρίληπτος ἔξερεῖ,
Ἄνευ γε τούτων ὅτιν' ἐκπέρσειν πόλιν.
Λύτῳ δ' ἂν ἐχὶ ταῦθ' ὁμολογήσαιμ' ἐγώ,
Ἀπεχθίαν γνοὺς ἀνδρός, ᾧ πρὶν αἴτιος
Φυγῆς ἐγενόμην, ὅθ' ὑπ' ἀνιάτου τυχὸν
Δηχθεὶς ἐχίδνης, ὥστε μήποτ' οἴομαι

5. i. e. „(cui licuit) esse aeque felici atque illi, qui haberetur prudentissimus.“ Piget Ulyssem, sapientiae gloriam sese affectasse potius quam alienae prudentiae fructus tutum cum ceteris percepisse.

11. 12. Leguntur hi versiculi apud Stobaeum 29. etc.

16. — 18. sic fere describuntur Valckenario. Verba Chrysostomi, ne longi simus, hic non proferuntur.

21. 22. ὅθ' — ἐχίδνης. Aliam ac vulgo de hac re famam sequitur Euripides.

Πειθώ τιν' εὑρεῖν, ἥ γ' ἐμοὶ πρᾴως ἔχοι,
Ἀλλ' αὐθὶς ἀπολεῖσθαί με. Καὶ πρώην γ' ἐμοὶ
Εἶπεν καθ' ὕπνους, ὥσπερ εἰώθειν, θεά,
Θαῤῥοῦντα, Παλλάς, ἐπὶ τὸν ἄνδρ' ἐφιένᾳ·
Λύτὴ γὰρ εἶδος ὅμμα τ' ἀλλάξειν ἐμέ,
Ὥστ' ἂν λαθεῖν ἠρωὶ συμμεμιγμένον.
Οὕτω δ' ἀφῖγμαι θαῤῥαλέος, εἰδὼς δέ, καὶ
Φευγῶν πάρα πρέσβεις ἀπεστάλθαι κρύφα,
Ἢν πως δύνωνται τὸν Φιλοκτήτην ἅμα
Δόλοισιν, ἡμῶν δέ τε δι' ἔχθος, ἀναλαβεῖν
Καὶ τόξ'. Ἀέθλῳ τῷδε νῶν προκειμένῳ,
Πῶς οὐχὶ πάντως ἄνδρα γίγνεσθαι χρεὼν
Πρόθυμον; ὡς ἁμαρτάνοντι τῶνδέ μοι
Ἅπαντα ταὔμ' ἔοικεν εἰργάσθαι μάτην.
Παπαῖ, πρόσεισιν αὐτός! ὡς ἀνὴρ ὅδε
Ποίαντος υἱός, ἐκ κάδηλος ὢν κακῷ,
Μόγις προβαίνων. Ὦ θεάματος πικροῦ!
Τὸ μὲν γὰρ εἶδος Φοβερόν, ἀλλοῖός δέ τοι
Στολή, δορᾳ δὲ θηρίων κρύπτεσί νιν.
Ἀλλ' εἶ', ἄμυνον, μὴ μάτην, δέσποινα, σὺ
Φανεῖς πρεσβεῖξαι τήνδε μοι σωτηρίαν!

26. ἀφίνᾳ, intellecto ἐμαυτόν, positum ut ἵένται Phoeniss. 1322.

32. δέ τε, usurpatum pro δὲ καί, et Epicis frequentatur, neque a Tragicorum usu abhorret: vid. Euripid. fragm. Temenid. 11. Aeschyl. Choëph. 437. 487.

37. restituit hunc versum Valck. 39. praetentavit Idem.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ. ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Τίνος πρόθυμος, ὅστις εἶ ποτ', ἢ τίνα
Τόλμαν λαιβών, σὺ τήνδε τὴν σέγην ἔπι,
Τὴν ἄπορον, ἥκεις; πότερον ἁρπαγῆς χάριν,
Ἢ τῶν δυσοίστων μὲ τυχῶν κατάσκοπος;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ὄρᾳθ' ὑβριστήν!

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Οὐ γὰρ εἰωθὼς πάρος
Ἧκεις.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Πάρος γ' ὦκ· εἴθε δ' ἐν καιρῷ τανῦν!

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Πολλὴν ἔοικας ἀλογίαν φρένας ἔχειν ὁδῦ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἐν τοίνυν ἴσθι, χωρὶς αἰτίας μὲν ὦ
Μολεῖν με δεῦρο, σοῦγε τ' οὐκ ἀλλότριον.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Πόθεν δέ; τάδε γὰρ πρῶτά μ' εἰκὸς εἰδέναι.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἀργεῖός εἰμι τῶ πρὸς Ἴλιον σόλω.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Πόθεν; λέγ' αὖθις, ὡς μάθω σαφέστερον.

51. χαρὶς pro χάριν debetur Valckenario.
53. fere sanavit Id. 54. 55. egregie restituit Id.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Οὐκοῦν πάλιν δή.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Καλὸς ἕφης εἶναι φίλος,
Ὁπότε γ' Ἀχαιῶν πολεμιωτάτων ἐμοί.
Τούτων δ' ὑφέξεις ἀδικίας ἤδη δίκην.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Πρὸς θεῶν, ἐπίσχες τῷδ' ἐφιέναι βέλος!

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Οὐ δυνατόν ἐστιν, ἥπερ Ἑλλήνων τύχης, 60
Τὸ μὴ 'πολωλέναι σὲ τῷδ' ἐν ἥματι.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἀλλ' εἶν πέπονθα τοιάδ', ὡς πεφυκέναι
Κείνοις μὲν ἐχθρὸν ἐνδίκως, σοὶ δ' αὖ φίλον.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Τί δὴ σύ γ' ἔτω δεινὸν ἄν λέξαις τόδε;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ὡς φυγάδ' Ὀδυσσεὺς τῷ στρατῷ μ' ἀπήλασε. 65

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Δράσας τί τῆσδε τῆς τύχης ἐτύγχανες;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Οἴμαι Παλαμήδην σ' εἰδέναι, τὸν Ναυπλίου.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Οὐκ ἐπιτυχόντων γάρ τιν' Ἀργείῳ στρατῷ.

65. 66. parum abfuit quin omnino restitueret elegantissimus Batavus; sequentem certe persanavit.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Τοιῦτον ἄνδρ' ὁ λυμεὼν κοινὸς πάλαι
Ἔφθειρε.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Πότερ' ὁ φανερός, ἢ ὃν δὴ μέτα;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Στρατῷ προδοσίαν Πριαμίδαισιν ἐπιφέρων.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ἦν δ' ὡς ἔχον τόδ', ἢ πέπυσθ' ἐψευσμένος;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Πῶς ἂν γ' ἐκεῖνα ξὺν δίκῃ γένοιτό τι,
Τὸ μηδὲν ἐξεύροντος ἂν ἀπορωτάτων;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ὦ καὶ λόγοις ἔργοις τε ποικιλώτατε
Βροτῶν, Ὀδυσσεῦ, ποῖον αὖ τόνδ' ὤλεσας,
Ὃς ἦττον, εἶμ', ἐδαὺς τοῖς ξυμμάχοις
Ὠφέλιμος ἦν, κἀλλίστα καὶ σοφώτατα
Εὑρών τε συντιθείς τε. Σὺ δὲ σαφέστατα
Κἄμ' ὤλεσας, κοινῆς θ' ὑπὲρ σωτηρίας
Νίκης τε τῆσδε περιπετόντα συμφορᾷ,
Δεικνύντα Χρύσης βᾶμον, ὃν θύσαντας εὖ
Ἔχειν κρατήσειν· εἰ δὲ μή, μάτην πονεῖν.

69. πάλαι. ἤδη. Vid. Valck. ad Hippol. 1085.

71. Cumulatae hic et alibi breves syllabae, ex more Euripideo.

Ἀτὰρ τί σοὶ προσῆκε Παλαμήδεος τύχης;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἐπὶ γὰρ ἅπαντας, ἴσθι, τοὺς κείνου φίλους
Τὸ κακὸν ἐπῆλθεν, ὅντιν' ἐ φεύγειν παρῆν.
Οὕτω δὲ κἀγὼ τῆς πάροιθεν εὐφρόνης
Μόγις ἐξεσώθην δεῦρο, διαπλεύσας μόνος.
Σχεδὸν δ' ἴσθ' ἡμοίγε σῇ χρείᾳ πέλει.
Εἰ γὰν ἂν ὑπάσαις μηχανὴν ἔχων τινὰ
Ἡμῖν ἀποπλεῖ, κἀμὲ δεδρακὼς ἔσει
Εὖ, τούς θ' ἑαυτοῦ πρὸς φίλους τοὺς οἴκοθι
Τῶν σοὶ παρόντων ἄγγελον πέμψεις κακῶν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ἀλλ', ὦ τάλαν, πρὸς ἕτερον ἴσθι σύμμαχον
Ἥκειν ἔρημον αὐτόν, ἐξερήμμενον,
Γλίσχρως περίζουθ', ὡς ὁρᾷς, τίξων ἄπο
Τροφήν τε καὶ στολήν τιν'· ἡ γὰρ ἦν ἐμοὶ
Τὸ πρόσθεν ἐσθὴς ἀπὸ χρόνου διόλλυται.
Εἰ δ' ἦν θελήσεις τῶνδε κοινωνεῖν βίου,
Ἔξ' ἂν ποθέν σοι παραπέσῃ σωτηρία,
Οὐκ ἂν φθονοῖμεν. Δυσχερῆ δ' ἐρέμετα
Τἄνδον, ξέν', ἐστίν, ἀνάπλεος νοσηλίας.

84. facile erutus est a Valckenario.

87. et 93. restituti ab Eodem, pariter atque 99. — 102.

101. Valck. θρέμματα, invito Dione, neque satis idonea de causa. 102. Id. *εἰσίν*, minus eleganter. *νοσηλίας* Idem perapte addidit: nam Dionis hic locus lacunosus.

Τελαμών τε κἄλλα τῦ κακῦ τεκμήρια'
Κἀχ ἡδὺς αὐτὸς προσπεσὼν ξυγγίγνομαι
Ὀδυναισι. Καὶ τὸ πολὺ λελώφηκεν χρονῷ
Νότῳ κατ' ἀρχὰς δ' ἠδαμῶς ἀνεκτὸς ἦν
Φαγέδαινά γ', ἥ μοι σάρκα θοινᾶται ποδός. —

106. versus apud ipsum Chrysostomum recte descriptus.

107. laudatur Aristoteli Poët. c. 12., et videtur sane huc pertinere.

2. ΛΟΥΑΒΙΟΥ.

Οὐδὲν Ἔρωτι βαρύ, Στίλπων θαμὰ φησὶ γαμήσας·
Οὕτω δ' οὐ βαρέως ὐδὲ κέρατα φέρει.

3. ΣΧΙΛΛΕΡΟΥ.

Καὶ τὸ Καλὸν θνήσκει, τὸ θεὸς ἄνδρας τε δάμαζον,
Οὐδ' ἐπιθὲν σῆθος τῷ Στυγίοιο Διός·
Καὶ γὰρ ἅπαξ ὅτ' ἤθελεν Ἔρως βαρύν, ὦ ἄνα, θυμὸν
Σοί, Πλάτων, θυρέτρῳ δοῦρον ἔπ' ἀγκάλεσας.
Φεῦ, τότε δακρύουσι θεοί, τότε δακρύουσιν
Ἄνθρωποι φθίνον καὶ τὸ τελειότερον.
Καὶ θρῆνον δὲ φίλων σωμάτων κάτα σ' ἔμμεν ἀγάλλει·
Κοινὰ γὰρ ἀφθόγγως εἰς Ἀχέροντα περᾷ.

4. Εἰς Ποίησιν.

Οὐ δεσμοί με θίγουσ', ἔρκος δ' ἔχει ἤ τι Ποίησιν,
Ἰπταμένην πάντ' ἂν κόσμον ἐλευθερίως.
Ἀρχόμενον δ' ἀπείραντον ἐμοὶ γένετ' αὐτὸ νόημα,
Ὄργανον ἓν τ' ἐσὶ ῥῆμα δοθὲν πτερόεν.
Ὅσσα δὲ κινεῖται ἀνά τ' ἠρανὸν ἠδ' ἐπὶ γαίης,
Καὶ ἐν ἀβύσσοισιν πλάσσεται ὅσσα Φύσει,
Πάντα χρεών μοι ἅπτεσθαι καὶ ἀσφράγιστα πετᾶσθαι,
Οὔτι ποιητάων φέρτερον ἔστι νόου.

Ἀλλὰ καλῶν δοκέει, τὰ δι' ἱπταμαι, ἔξοχον ἄλλων
Ἐν καλῇ μορφῇ ψυχὴ ἐμοίγε καλή.

5. Εἰς Μουσικήν.

Φωνάων δύναμιν, κιθάρης ἄπο καλὰ ῥεεθρῶν,
Ἐκ δ' ἀνθρωπείης σήθεος, εὐκελάδων
Οἶδε μένη πάντων, ἡ Μουσική. Οὐχὶ νεητὰ
Σ' ἐμπίμπλαντ' ἀδόλως ἦχοι ἔρυσιν ἐμοί,
Πάντα γοητείᾳ τε παρ' αἰσθητήρια θείῃ
Ἶαχεν ἡμετέρων ῥεῦμά σοι ἁρμονιῶν,
Ἐν γλυκερῇς δακρύσισιν ὅλον τὸ σὸν ὥστε φορεῖσθαι,
Ῥεῖά τε σοι ψυχὴν χείλεος ἀποφυγεῖν.
Κλίμακα δ' ἢν καταθῶ ποτε τὴν εὔφθογγον ἐμήν σοι
Φωνάων, Καλῇ σ' εἰσφέρω ἀκροτάτῳ.

6.

Φεῦ μάκαρ, ἀθάνατοι μὲν ὃν ἀνέρα καὶ πρὸ γενέθλης
Εὐμένεον, Κύπρις τ' εἶχεν ἐν ἀγκαλίσιν,
Ὄμματα τῷ λῦσεν Φοῖβος καλά, χείλεα δ' Ἑρμῆς,
Σφραγῖδα ῥώμης δῶκέ τ' ἔχειν Κρονίδης!
Λιπύτιος κλῆρος θεσειδέϊ τῷδε πέπαλται,
Ὡς πρὸ μάχης ἆθλον κρατὶ φέρειν στέφανον,
Πρὶν δὲ βίου γεύσασθαι, ὅλον βίον οἱ λελογίσθαι,
Πρίν τε μόγον τλάειν, ἀντιάσαι Χάριτος.

7.

Μὴ σὺ περισσῶς ἀγαθῶν ἔργα,
Τὰ φθιτὰ κοσμεῖν αἰῶνα θέλει·
Ὁ δ' ἔχων μὲν ἀπελλῦναι μαθέτω,
Μαθέτω δ' ἐδύνην ὅτις εὐδαίμων.

8.

Σκληρόν τι χρῆμα βίοτος, ἀλλ' εὔφρων τέχνη.

9. ΚΛΟΠΣΤΟΚΚΙΟΥ.

Ἀθανασίαι νόημα γίγνεται μέγα,
Ἰδρῶτος ἦν δίκαιαι γενναίων τυχεῖν.

10.

Δρᾶν νόμος ἐσὶ μάγας ναῦ ἐνὶ κίονι γραφθείς.

11. ΟΥΟΣΣΙΟΥ.

Εἶμ' ἐξ' Ἔης Κάλλος ἀγάκλυτον.
Γήθειν τυχόντες Κάλλεος, ὦ φίλοι,
Θείῳ τ' ἐν ὄλβῳ τῶν ἐάων
Μὴ βροτοί, ἀλλὰ πέλειν βρότεσσι.

12.

Γενναῖόν σοι πνεῦμα βίᾳ θεὸς ὤπασεν αὐτός·
Ἀλλ' ἔμεναι φέγγος πάντοθ', ὅπου καλέσει.

13.

Μὴ λαλέων τι μόνον μέροπας θέλε, ἔργων δέ, διδάσκειν.

14. ΒΤΡΓΕΡΟΥ.

Νέον εἶ Φέρβυσ', ἱερὰ Σοφίη·
Σὺ δέ, Καλλοσύνη, ψυχὴν Φέρβεις·
Ἣδ' ἀρμονίαι ῥώμην ἰάχει,
Εὐδαιμονίης κρατέουσαν.

15. ΟΥΕΚΧΕΡΛΙΝΟΥ.

Θάνατον γεραιὸς καὶ νέος ἄγειν χρεών·
Νέος μὲν αὐτὸς εὗρεν, εἰ γεραιοῖ δέ νιν.

16. ΟΥΙΕΛΑΝΔΙΟΥ.

Φιλοσοφία, χαῖρ', ὡς, λαβοῦσα μητέρος
Φύσεως Τύχης τε δῶρα, τῶν λοιπῶν γελᾷς.

17. ΓΟΙΘΙΟΥ.

Οὗτος ἔρως ἀτρεκής, ὁ μένων φίλῃ ἔμπεδος αἰεί,
Πάντα χαριζομένη, πάντα δ' ἀναινομένη.

18.

Πάντ' ἂν ἔχειν ἔθελον μεμερισμένα πρός μοι ἑταίρων,
Πάντ' ἐδίδων μένης ἀντ' ἐγὼ Ἀγλαΐης.

19.

Τί Φθιτὴ εἰμί; εἶπεν Κάλλος Διΐ περπικεραύνῳ;
Ζεῦς δ' Διὰ Φθιτὰ γὰρ καὶ σὺ καλὴ γέγονας.

Τὲ δ' ἀίοντες Ἔρως, Ἄνθη θ' ἅμ' Ἑίρτη ἰδ' Ἥβη,
Χλωρὰ δακρυόεντεσσ' ὄμμασι πάντες ἔβαν.

20.

Εἴ τιν' ἀναγνώσκω δὶς καὶ τρίτα βίβλον, ἐρωτᾷ;
Φήμ', ἀφ' ἑταιρείας χεῖρὸς ἁπλῆν σελίδα.

21. ΓΑΕΙΜΙΟΥ.

Εἰς Ἐρίκον, τὸν Φρεδερίκε τὲ μεγάλε ἀδελφὸν γραφόμενον.

Ὄρχαμον ἦδ' εἰκὼν ἀνέχει, μένον ὅτε ποτ' ἐχθροῖς
Εἶξαντ' ὠμηστῆς, ὤθ' ὑποκλαπτόμενον.

22. Ὠδάριόν τι τὲ αὐτὲ.

Ἀνακρέων ὁ θεῖος
Οἴνόν τ' ἔρωτά τ' ᾄδει.
Γένειον ἦν μυρίζων,
Οἴνόν τ' ἔρωτά τ' ᾄδει·
Κρατάφους ῥόδοις δὲ κοσμῶν,
Οἴνόν τ' ἔρωτά τ' ᾄδει·
Ἑταίρην φιλῶν δ' ἐταίρων,
Οἴνόν τ' ἔρωτά τ' ᾄδει·
Βασιλεὺς δ' ὅτ' ἦν ἑορτῆς,
Οἴνόν τ' ἔρωτά τ' ᾄδει·
Παίζων δὲ σὺν θεοῖσιν,
Ἑτάροις δὲ σὺν γελοίοις,

Ἀνέμοις δίδωσιν ἄρας·
Πλάτον δ' ἐῶν ἄμυσον,
Ἥρωας ἐμὲ μὲν ᾄδει,
Οἶνον δ' ἔρωτά τ' ᾄδει.
Τί δὲ τᾶδ' ἐγὼ μαθητὴς
Ὕδατ' ἢ τὸ μῖσος ᾄδω;

23. ΕΡΩΤΕΡΟΤ.

Ὅ τι γεννᾶται, δῆλον θανάτῳ·
Τὸ δὲ καὶ θνῆσκον νέα γεννᾶται.
Οὐκ εἶς, ὃ τ' ἔης· τί πέλεις, μαθέτω·
Πάντως δὲ μένειν τὸ πρὶν ἔσσῃ.

24. Τὸ τᾷ βίᾳ κέρδος.

Πηγᾷ ἀναψυχέσῃ ἰδ' ἀερίοισι προσίζων
Δένδρεσι νῦν βίοτον βαιὸν ἐνειροπολῶ,
Οὐδ' ἐθέλω γνῶναι, φαντάσματος εἶπότ' ἀληθὲς
Ἐστί τι· καὶ γὰρ ἐὰν ψεῦδος ἔῃ, τί πλέον;
Τᾷ Σοφίᾳ προσομιλήσας ἐγὼ ἔκλυον αὐτᾶς
Τῶν πέρι καὶ κόσμου καὶ μερόπων γενεᾶς,
Οὐδὲν ἐπησάμενος, πολυδάκρυτόν τε γέγηθας
Τὰ πρότερ' εἰς ἡμᾶς ἀκέτ' ἀνερχόμενα.
Κἄδεῖ δ' εἶτ' ἤντησα, κοὐ εἶπέ μοι ἄλλα καὶ ἐσθλὰ
Κῶος, ἐπότρυνεν δ' ὥς με τιν' Ἡρακλέα,
Κνώδαλ' ἀποκτείνειν μελέᾳ βίᾳ, εὖ δὲ προνοίᾳ
Θίντα τὸ πᾶν γαίην ἄθλον ἔχειν ἀρετᾶς.
Τοῖς δ' ἐπιχειρήσαντι πόνοις ἐμοὶ εὐκελάδοισι
Τᾷ τ' ἀγαθᾷ τὸ κακὸν φαίνετ' ἀρειότερον,

Παῦρα μένος τ' ἀνύσας, ἀενάσιος, ἀλλ' ἄνευ ἐργῆς,
Οἶκοι ἀκανθάων τὰ 'ρόδα δίζον ὕπο,
Καί θ' εὗρον· τὰ δὲ πάντα μαραινόμεν' εἶδον ἐμαῖσιν
Ἐν χερσὶν ταχέως ἄνθεα πορφύρεα,
Πλὴν δισσῶν, Φιλίης τε καὶ ἀπροπταίστου ἔρωτος·
Τῶν δέ μοι ἔπος' ἦν ἔτι βεβαιότερον.
Σὺν τοῖσδ' ἦν πηγῇ τε καὶ ἀερίοισι προσίζων
Δένδρεσι νῦν βίοτον βαιὸν ὀνειροπολῶ.
Ὑμεῖς δ', ὦ, λίτομαι, μοι σώσατε ταῦτα, Φαείνων
Ἥλιε, καὶ σὺ δ', ἀήρ, ὕδατά τ' εἰαρινά!

25. ΑΊΤΙΟΤ.

Ὑπερβολικά.

Φεῦ, φεῦ, ἀναιδείας! τῆ σώματος αἰὲν ἑοῖο
Τὸ πλεῖστον γυμνόν, ξεῖνα, φέρει Διοκλῆς.

26.

Καὶ πόδας ἀμφοτέραν τ' ἤν τις χέρα σοι περικόψῃ,
Ὅπλον ἀπρόσβλητον ξεῖνα, Διόκλες, ἔχεις.

27.

Οὐκ ἀνέμων ποταμοῖό τ' ἀγαρρόου, Λύλ', ἀλεγίζων,
Ἵππον πορθμεύεις ἄνδρα τε ξεινὶ φίλῃ.

28.

Πρὸ ῥινὸς πρώην ὅτ' ἀφεῖλέ τις ὄψον Ἀμύντᾳ,
Οὐκ ἦν ἄνδρα λαβεῖν Φῶρα· τοσοῦτον ἀπῆν.

29.

Ῥινομάχοιο δυοῖν Φάεστίν ποτε ῥῖνα παχεῖαν,
Τῷ δὲ τρίτῳ μήτηρ αὐτὸν ἅπαξ ἔτεκεν.

30.

Φεῦ οἷο τῆς ὀσμῆς, Διονύσιε! καὶ γάρ, ὅτ' ἦλθον,
Ἦν ἔαρ· ἐσφραίνῃ τοῦ σύ τι· φροῦδον ὅλον.

31.

Εἴης ἂν βασιλεύς, Ἐρασίστρατε, πρῶτος, ἀρέρας
Τόσσον ἔχων, ὅσσον ῥὶς σοι ὑπερκρέμαται.

32.

Ἐσθίει Εὐρώπης πεδίον ἔνι (θαῦμα λέγεσθαι)
Τρῳὸς, ἐν δ' αἴῃ πτάρνει Ἀτλαντιάδι.

33.

Πταρνεμόνα Φλάκκα, μεγάλην τὴν ῥῖνα φέροντος,
Ναῦται Ζεῦ σῶσον πάντες ἔρεσσιν ὁμοῦ.

34.

Σώματα καὶ ψυχαὶ μερόπων τὸ μὲν ἄλλο γένεθλον·
Ῥὶς δὲ σὺ καὶ ψυχή, Ῥινεπιρινοφόρε.

35.

Ἤν τι πάθῃ Νισκλῆς, ἐπιτύμβιον πᾶς τις ἑάτω·
Μαυσωλεῖον ἔχει ῥῖνα μεγασθενέα.

36.

ΜΟΥΣΑΙ ΠΑΤΡΩΙΑΙ
ΗΜΕΡΑΙ ΓΕΝΕΘΛΙΩΙ
ΦΡΕΔΕΡΙΚΟΥ ΓΟΥΙΛΙΕΛΜΟΥ ΤΟΥ ΤΡΙΤΟΥ
ΤΟΥ ΤΩΝ ΒΟΡΟΥΣΣΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΥΜΝΗΔΟΜΕΝΑΙ
ΕΡΜΗΝΕΩΣ ΟΝΤΟΣ
ΦΡΕΔΕΡΙΚΟΥ ΕΡΡΙΚΟΥ ΤΟΥ ΒΟΘΙΟΥ
ΕΝ ΒΕΡΟΛΙΝΩΙ 1812.

ΕΛΕΓΕΙΟΝ.

Χαῖρε σύ, χαῖρ', ἦμαρ, τὸ θεοὶ δόσαν ἠρανίωνες
  Τηλαυγές, ΠΡΥΤΑΝΕΙ ΠΑΣΙΦΙΛΩΙ γένεσιν!
Οὐ δ' ἱερὰς εὐχὰς ἄνεμοι φέρον εἰς ἄλλα δίαν
  Τευτονίδων, τοῖσιν ΓΟΥΙΛΙΕΜΟΣ ἄναξ·
Ἀλλ' ἅμα πᾶς ἐπίνευτε θεῶν χερὸς αἰὲν ἐόντων,
  Ἐν τε χαριζομένοις πάντ' ἀπέδωκε καλά,
Νῶν τ', ἀρετήν θ', εἷα πρέπει ἀνέρι κοιρανέοντι,
  Ὄμμα τ' ἀναιθύσσειν καὶ μελέοιο χαρέν,
Εἰρήνην τ', ἀντὶ χρυσοῦ τὴν γρῦπες ἄϋπνοι
  Τῆλε φυλάσσουσιν, νῦν δ' ἀπὸ γῆς ἀπίης
Καίσαρες ἄξουσιν δύο καὶ βασιλῆες ἀγαυοὶ
  Τέσσαρες ἀψ αὖτις, καιρὸν ἐς αἰόλιον,
Σύν τε τύχην ἀγαθὴν ἔλθῳ ἅμα ἀρετιφοίτῳ
  Καὶ χάρισιν πάσαις τλησιπόνοιο βίης.
Ἴληθ', ὦ Νέμεσις, καὶ δός, θαμὰ φῦλα Βορυσσῶν
  Ἰδέμεναι φαιδροῖς ὄμμασι τοῦτο φάος!

37. Εὐχή.

Ἐν μέγ' ἐνὶ τρισσοῖς, πρωτέροισί τε καὶ παρέασιν
Ἐσσομένοις τ', ἔλθοις εὐμενὴς Ἀγλαΐη!
Καὶ μὲν ἀποιχομένης Ὥρης φυτῷ ἄλλ' ἐπιάψαις
Λυομένῳ χλοερῇ θάλλον ἐυτροφίῃ·
Ἢν δ' ἐπάγῃ τὸ πάρον νέφεά τινα, γειτονέουσι
Τοῖς πρωτῦ ἐρχομένοις θ' ἁβρὰ καθηλιάσαις.
Τῆς δὲ καλῆς νεότητος ἐὰν φύγῃ ἄνθος ἐραννῆς
Σῶμα κερῆς, ψυχὴ δ' ἀνθέει ἀθάνατον.

38. Εἰς Ἀλφεσίβοιαν.

« Φεῦ, σοφὴ Ἀλφεσίβοια! β Πόθεν γὰρ οὔ; ἥτις ἁπασῶν
Καλλίστη νυμφῶν. « Φέρ' ἀγαθὸν τὸ Καλόν.

39. Εἰς εἰκόνα νύμφης εὐδούσης.

Ἡ χαρίεν Νύμφη κοιμωμένη, εἰπέ, γοήτων,
Τπνώουσαν ἰδών, τίς σε ποίησε λίθον;

40. Εἰς Ἰφλανδίαν, τῦ μεγάλυ ὑποκριτῦ, θάνατον.

Δαίμονός εἰσι δύω μέγαλαι μεγάλοιο θυγάτρες,
Τὰς Φύσιν ἄνθρωπος καὶ καλέεσκε Τέχνην.
Πρεσβυτέρην Τέχνη πυκινῶς μιμεῖται ἀδελφήν,
Ἀγχίζειν τε θεοῖς τὰ βρότε' ὄντα ποιεῖ.
Ταῖς, ὅτ' ἔην θνητῶν, Ἰφλάνδιος ἶσ' ἐφιλήθη·
Νῦν δὲ πατὴρ δαίμων ἐξάγει ἠράνιον.

41. Εἰς Μυσῶν τινὰ Φίλον ἑαυτὸν λέγοντα.

Τὰς Ἑλικωνιάδας Φιλέεις; Καλίν! Εἰπὲ δ' ἀληθῶς·
Μῶν Φιλέυσ' αὐταὶ καὶ σ' Ἑλικωνιάδες;

42. Εἰς κόρας τινὰς ἀδελφάς.

Δῶρα θεῶν εἰ' ἐσί! Νεάνιδας ἀγχῦ ἀδελφὰς
Μορφῇ καὶ τέχναις εἶδον ἀριπρεπέας·
Τῶν ἡ μὲν φρεσὶ δαιδαλέαις καὶ χερσὶν ἀμέμπτοις
Ἐν πίνακι γράψεν πάνθ', ἅτε κόσμος ἔχει·
Ἡ δ' ἐὰν ἢ ψάλλυσα καθ' ἱμερόεσσαν ἀοιδήν,
Πιερίδ' ἂν φαίης τὴν μίαν ἢ Χάριτα.
Ἀλλὰ καλαὶ καλαῖσι περιβαίνετε κῦραι ἑδεῖσιν
Εὐπάτεραι, θνητῶν χάρμα καὶ ἀθανάτων!

43. Εἰς Βλύχερον.

Τὸν μὲν Ἀλεξάνδρῳ, τὸν δ' αὖτ' ἐγὼ ἐκάσαν ἀνδρῶν
Καίσαρι· τῶν Πρυσσῶν δ' ἀρχὸς Ἐνυάλιος.

44. Εἰς Λεῦκον.

Λευκιάδᾳ Λεῦκος· Λύκιος γὰρ ὅτις ἂν εἴποι
Λευκιάδην, υἱὸς πατρὸς ἐπεὶ πρότερος.

45.

Τίν ἀεὶ λαλέων πολυίστορα, τὸν σὲ διδάξας,
Οὐχ υἱόν, σαυτὸν δ', ἂν μεγαληγορέεις.

46.

Παντόλαλος, Λεῦκε, προτὶ ἦς βαρύς· ἐξότε δ' υἱὸν
Ἤρξαο παιδεύειν, εἶ βαρὺς υἱόλαλος.

47. Ὡς Ἰουδαῖοι ἀγαθοὶ προσομιληταί.

Τοῖσιν Ἰουδαίοισιν ἀνὴρ δόλιος εὖ τις ἄγυστος
Συμφέρετ', ὡς ἐχθροῖς ἐκ ἀποκρυπτομένοις.

48. Εἰς σχολαστικόν τινα πολυπράγμονα.

Σχολαστικός τις κριτικός, εἶτα μυστικός,
Τέλος δ' ἐγένετο πολιτικὸς καὶ πρακτικός.
Πόλεμόν τ' ἐς εἰρηναῖον ἂν βῇ πολεμικός,
Ὡς βαρέος ὄσης τῷ σχολαστικῷ σχολῆς.

49. Εἰς ἀοιδόν τινα.

α Ἤκουσας μεγάλα Διονυσίου ἐχθές; β Λοιδῶν
Χαρὶς ἐπὸς πάντων φημὶ τὸν ἀκρότατον.

50. Εἰς ξυλουργόν τινα συγγραφέα.

Διττὸς ξυλουργός, ξύλα τέμνεις, ξύλα γράφεις! *)

51. Εἰς Γοίθιον τὸν πάνυ, ἐν Εἰδελβέργᾳ παρόντα ἐ. τ. Ὀκτ. 1814.

Γοίθιος εἰλήλυθε! Χορεύετε παῖγνιαλαι, Μοῦσαι
Εἰδελβεργαΐαι καὶ θεοὶ ὑγροπόροι,
Σύν τ', ἐρίων Νύμφαι, παλάμαις δότε λείρια μεσσαῖς,
Εἴπατέ τ' ΕΙΝ ΗΜΙΝ ΦΟΙΒΟΣ Ὁ ΤΕΤΤΟΝΙΚΟΣ!

*) Vertas licet:
Heil dir, der Holzarbeiter Stolz:
Bald schneidst du Holz, bald schreibst du Holz.

52. Εἰς Βρηδοβίαν, τὴν ἱστορικὴν, θάνατον ἄωρον.

Βρηδόβιον ἀπιόντα λίγα λιγὺν ὄντ' ἀγερητὴν
Κωκύει Κλειὼ καὶ Χαρίτων ἵμασδις·
Οὐ γὰρ ἄνευ Χαρίτων τι τελεῖται καλὸν ἔργον,
Φὼς δ' ἴδε καὶ νεῖκος πόλλ' ἐπέρρηξε καλά.
Ἀλλά, κακῶν μὲν φειδομένη, ἀγαθὰς δ' ἀμάεσσα
Πολλάκις ἀφράδμων, ὄλλυσο, Κὴρ ὀλετή!

53. Εἰς τὸ αὐτό.

Ἰαμβοι θρηνητικοί.

Ἄνθρωπες εἴ τι ἐσί, μὴ Τύχης ὄναρ
Φῶμέν νιν εἶναι; καὶ γὰρ οὐχ οἱ χρώματα
Ἄπεσι λαμπρά, καὶ καλῶς μορφάζεται·
Ἶς δ' οὐκ ἔνεσιν ἔμπεδος φαντάσματι,
Σεισμὸς δὲ κραιπνὰ περιτρέπει πᾶν δαίμονες, 5
Οὐδέν τε λοιπὸν ἐσι πλὴν μνήμης μικρῆς.
Τίς, τεθνεῶτα τόν γε Τευτόνων ἰδὼν
Κλειῶς ἱερέα, ταῦτα μὴ φαίη νόῳ;

54. Εἰς τὴν τῶν Εἰδελβεργαίων πόλιν καὶ χώραν εἰδύλλιον.

Ἐσί τις ἀγλαΐηοι κεκασμένος ἔξοχα πάντων,
Τὸς κάτιδον, χῶρος. Πόλις ὐ μεγάλη, ἀγαθὴ δέ,
Ἐν μέσσῳ τέτακται ὀρέων καλῶν, σκιοέντων·
Εὐμέγεθος δὲ ῥεῖθρα ἄτερ ποταμὸς σφε περιῤῥεῖ,
Εἰς Ῥῆνα σπείδων ῥέος ὄλβιον· ἐδὲ τῷ, οἶμαι, 5

Κύματ' ἄνευ νηῶν χρυσίχρεα, ἠδέ τ' ἔρημαι
Ὄχθαι πε Φύλλων μεγαλήτιρός εἰσιν Ἰάκχε.
Ἔν δ' ἄρα ναιετάεσι πελυκτέανοι ἄνθρωποι,
Μεσίφιλοι, τιχνῶν πελυδαίδαλοι, ὓς Φιλέεσι
Θεοί τε πέριξ καὶ Νύμφαι ἐρειάδες ἀγλαίμορ-
φοι, 10
Θαυμασίως δὲ ταινῦν καὶ ἀνέρχεται αὐτὸς ἀγάλλων,
Οὔπστ' ἐπισθοπίρες πρώην, Χρύνος ἀλβιόδωρος,
Ἐκπροφέρων Πελέμε κέλπων, δεσμοῖσιν ἀφύκτοις
Εἰργομένε, πατρίης σοφίης παμποίκιλον ὄλβον *)
Ἀνδράσι δαιμονίοις, τοῖς καὶ Τύχη ἴβριμος εἶκει. 15

Τὸς δ' ἐσιδεῖν μεμάασι βροτοὶ πᾶσαν δι' ἄρεραν
Ἠπείρε τε καὶ ἐκ νήσων, κατά τ' ἄγκεα καλὰ
Τοῖσι συνήδεται καὶ ἀν' ὕρεα ἠνεμόεντα.
Πᾶσα δὲ συμφωνεῖ χώρα πινυτοῖσιν ἀοιδοῖς
Δαιτυμένων, πύργε θείην ὅπαε ἐκπροχέεσιν 20
Ὠγυγίε, τῆ θριγκὸν ἐνέπρεσε Κελτὸς ἀναιδὴς·
Ἦ καλῇ ἐμβαίνεσ' ὀρχησύῃ· οὐδέ τις αὐτοῖς
Παντοίων ἀγαθῶν κόρος ὄρνυται· ἀλλὰ ἔκηλοι
Ἧνται ἐν ἀσβέστοισι πανήμερι εὐφροσύνησι
Τερπόμενοι· ἠδ' ἔρχετ' ἀνὴρ ἄπο νυκτὸς ἐρέσσης, 25
Γηθοσύνης δ' αὐτὰς κορυφὰς βλέπει ὄμμα Σελήνης.

*) Ἦγον τὰς πολλῆ ἀξίας βίβλης, τὰς ἐκ τῆς τῶν Εἰδελβεργαίων βιβλιοθήκης τῆς ἀκαδημικῆς ἐν τῷ τριακοντάτει πολέμῳ ἀφαιρεθείσας, νῦν δὲ θείᾳ τινὶ μοίρᾳ ἀπό τε τῶν Κελτῶν καὶ Ῥωμαίων ἀναπομιζομένας.

Εἰ δέ τις ἱστορέει ξένος ὄνομα τῆσδε πόληος
Ἀφνειῆ τε τόποιο περικλυτῆ, ἔστιν ἀκούειν.
Εἰδέλβεργα πόλις μὲν ἐνὶ μεροπεσσι καλεῖται
Ἀνθρώποις, χώρα δ' ἠγήτορος εὐγενέταο
Βαδαίων μεγάλω κλέει ἐλβία· ἐν δ' ἄρα κεῖται
Γερμανῶν γαίη, τοῖς θεὸς μέγα κῦδος ὀπάζει.

55. Εἰς ἀμέθεας.

Μέσσας ἀμᾶτων βάρβαρος συγεῖ φιλῶν.

B. CARMINA LATINA.

56. SCHILLERI.

Dei Graeciae.

Poëma, secundum priorem editionem de Germanico versum. *)

Orbem cum iuvenem et suavi tua secula risu
Tu regeres quondam felicia, blanda deorum
Natio, quam celebrat vatum plorata vetustas;
Vester ubi, Superi, viguit honor, et tua grati
Ornarunt homines, Amathusia, templa corollis:
Tunc alii, heu! alii glomerarunt tempora menses.
Illic Vera tuo velamine, pulcra Poësis,
Fulgebant, vitamque halabant quaeque per orbem,
Et quibus haud animus per corpora vivit, amantum

*) Nobilissimi carminis versio haec latina primum publicata est in Commentariis Societatis philologicae Lipsiensis, quo sono etiam nostras ad Livium annotationes ibi imprimi iussit Clarissimus Beckius; quam versionem nunc multis locis emendavi.

Ut sinus exciperet, sensu gaudere videres;
Cunctaque monstrabant vestigia, cuncta, deorum.

Nam nunc (si qua fides sapientibus) igneus orbis,
Non animalis, ubi circumrotat: aureus alto
Rexit equos coelo taciti Sol plenus honoris.
Haec olim iuga montis Oreades incoluerunt
Nymphae; isti Dryas est immortua fida cupresso,
Naïados nicuitque almae fons limpidus urna.
Patris ad auxilium laurus iactare lacertos
Haec visa est: Pelopis silet isto in marmore longum;
Nec non illa sonat calami Syringa querela,
Arboreaque umbra dolor hac vivit Philomelae.
At rivus Cereris lacrimas excepit inanes;
Atque illum petiit collem, pulcrumque vocavit
Heu! frustra iuvenem quondam dea Cypris ab illo.

Deucalioneo coelestia descendebant
Numina tum generi. Formosas vincere Pyrrhae
Ut posset gnatas, Hyperiona terra recepit
Pastorem. Divis, heroibus et mortali
Unus erat turbae calor, unum foedus amoris;
Cumque deis una atque heroibus illius aevi
Mortales celebrare Amathusia fana solebant.

Euphrosynes affusa altaribus alma sacerdos
Vota, precesque deae tacitas fundebat amoris.
Ut regat et Superos, zonam servare locumque
Dis similem, divina superbia spesque suadet,
Posse sibi magnum sic vel servire Tonantem.

Coelestis nulloque domabilis ardor ab aevo
Pindareos, torrentem imitatus, percipit hymnos.
Hunc et Arionea ferunt animasse calorem
Carmina, Phidiacique insidere numina signis.

Ingenium melusque et vos honor aureus oris,
Naturae, prodebat, ab alta stirpe creatae;
Alter et hic coelo lapsas capiebat Olympus.

Carior, a divis quod erat data, copia rerum
Omnis habebatur, grata et mage dona fuerunt.
Suavius arva tuo splendebant, Iri, sub arcu;
Auroraeque, rubor, te, matutine, decebant
Purpureae vestes; et erat tibi gratia maior,
Inspirante tubis sua carmina, fistula, Pane.
At florentior et magis illud amabilis aevum
Hebaea forma vita est coluisse inventus.
Illud vulgari animo ac divinior incedebat,
Pectora Gorgoneis, Virtus, indueta rapinis.
Unde fuit et, ab Uranio devinctum Hymenaeo,
Sanctius aeternum (mihi credite) foedus amantum.
Quem olim manibus trinarum carpta sororum
Mollius et vitae decurrere fila videres.

Carmina thyrsigerae turbae et iuga pantherarum
Splendida te, lactae, referebant, consitor uvae!
Ante iuga et circum titubant Faunique Satyrique,
Bacchaeque haud agitare choros bene, vina choragi
Sed laudare valent, calicumque incendit amorem
Purpureo gena Nyctelii suffusa rubore.
Nam chorus haud sprevit Superum, mortalibus ipse
Quae dabat, et iuvere placentia dona datori.
Proxima divinis mortalia gaudia, gensque
Terrigenae propior soboli fuit illa deorum.

At deus heu! noster num sola mente videtur?
An rapiunt oculis forsan cava nubila regem?
Nempe hunc nec ratio quit nec comprendere sensus.

Templa renidebant, ceu nostra palatia, vobis.
Isthmica cursorum iuga vos tonitantia, vosque

Victorum celebrabat olympica cura, corona.
Cingebant faciles altaria vestra choreae,
Perque comas vobis nitidas ac tempora sancta
Serpere, coelicolae, victricia serta solebant.
Optima mortales donabant quaeque bonorum.
Carior est agnus Meliboei traditus aris,
Et convivarum titubantia corpora vino
Magnus habet pretium genialis numeris auctor.

Aedis at haec qualis? num dira silentia numen
Haec decuere meum? Loca tristia; tristius ipsum,
Et cui pro cultu sit desperatio rerum.

Illo non saevum morituros terruit aevo
Monstrum: supremam cepisse per oscula vitam
Formosus fertur Genius, tum corde dolenti
Aversumque tuens fatales vertere flammas.

Sic obscura etiam divum decreta tulerunt
Mortales, noster multisque amor horrida fata.

Nec post fata levi, peperit quam femina, genti
Daemonias leges iudex sacer ullus inussit:
Tartareas tenuit lances mortalis alumnus
Mulieris, et fregit Furias Orphea querela.
Elysium at laetae reddit sua gaudia cuique
Umbrae. Victor agit currus; lyra Thressa movetur;
Alcesten fovet amplexu Pharsalius heros;
Arma Philoctetes et amicum noscit Orestes.

Contra, ego quae linquam, referet mihi nulla dierum.
Gaudia devoveo, carissima vincula rumpo;
Istius et mundi nulli explorata voluptas
Horrorem incutiat, neque mens expletur inanis.

Praemia riserunt meliora heroïbus illis,
Virtutis laudisque via grassantibus alta.
Magnorum cupiens autorum, ausisque potitus,
Ardens ascendit coelestia, divus, ad arva.
Tartara miratus poscentem corpus amici
Consessus Superum proprio dignatus honore est,
Navibus et coelo Geminorum sidera fulgent.
Humani generis pulcherrima, quo fugis, aetas?
Gaudia naturae iuvenilia, quaeso, redite!
Aurea per vates vestigia nunc mera vivunt
Vestra. Dolent campi. Deus haud venit ullus eunti
Obvius. Heu! tanti decoris vix umbra remansit:
Decussit flores Boreas penetrabilis omnes.
Unus ut et solus ditesceret, illa fuerunt
Numina propellenda e sedibus omnia priscis.
Tristis ego Phoeben frustra per caerula quaero,
Vosque ego per silvas, vos per mare, numina sancta,
Invoco: iam mihi vos resonat nec silva nec unda.
Gaudia non nosti tua, non meminisse decoris,
Alma, tui, auctoremque gravem nescire videris,
Ditior et nunquam mea fis per dona, nec ipso
Tangeris ah! vatis te concelebrantis honore;
Sed, veluti tempus numerantia dura metalla,
Iam, Natura, uni gravitati, non dea, servis.
Interit haec igitur renovaturque ipsa sua vi;
Ipsi etiam menses aequo decurrere fuso
Coeperunt; locaque illa ferunt repetisse, vetusta
Fabula quae differt, Superum genus: haud opus illis
Nam fuerat mundo, qui, se contentus, inanem
Usque suae molis gravitate per aëra fertur.
Ille sed, haud fratrem, haud socium, neque
nactus amicum,

Non divae gnatus, non Terrigena satus, ille,
Saturno pulso, solus per inania regnat.
Felix, cum nullis animantibus uvida tellus
Gauderet, felix vasto, insociabilis, arvo,
Temporis in longo solum se flumine servat.

Coelicolas poteram contingere. Quos tua clarant
Marmora, par Superis, fueras, Lysippe, futurus;
Disque erat humanis hominum divina propago.
Nostro sed divo contendere nemo parabit
(Vicerit ut cunctos) mortali a sanguine cretus:
Bestia tantum, illi collatus, prima recedat.

Cuius ego radios, homo, non fero, magne creator
Et rationis opus, te ut consequar, ipse petenti
Alas da, et lancem, tua tanta ut pondera librem;
Vel (precor) immitem revoca divamque severam,
Quae speculum ante oculos semper tenet anxia nostros!
Blanda soror redeat: mundum isti trade futurum!

57. POMPEII et HERCVLANVM.

Quae mira hic fiunt? Fontes oravimus almos,
Terra; sed illorum das, dea, quale loco?
Ima tua an vivunt? habitat sub pumice nondum
Cognita gens antehac, an vetus illa redit?
Graeci et Romani, visum huc antiqua venite
Moenia Pompeiorum, Herculeumque genus!
Tecta super tecta scandunt; reseratur inanis
Porticus, ac veteres quaerit aperta viros.
Ecce, theatra patent amplissima! Quae mora? septem
Cur, quaeso, haud undat turba per ora virûm?
Mimi, cessatis? Populus sedet omnis in orbem,
Ad sacra expectans vos Agamemnonia.

Arcus at hic ducit quo maximus? Ah, fora viso !
Ornata in sella viso magisteria!
Lictores, agite, huc fasces et ferte secures!
Iudicet hic praetor, testis et adveniat.
Iam plateae apparent nitidae; magis edita propter
Ipsas artatur iam via longa domos,
Tectis tutatas; secretaque cingere, civis,
Aulas desertas cerno cubicla tuas.
Quin clausas aperite fores, aperite tabernas,
Terrificam noctem vincat ut alma dies!
Scamna extenduntur circum, variisque lapillis,
Ecce, coloratum surgit, ut ante, solum;
Nec paries fraudatur imagine: pulcra sed omnem
Cincta replet sertis Ara dea floridulis.
Hic calatho pleno properas, fugitive Cupido;
Uvam illic urgent purpuream Genii;
Aërium hic saltat Baccha; hic iacet, aque venuste,
Faune, soporata non remeabis anans;
Hic Centaurum agitare citum cita gaudet, et, uno
Nixa genu, thyrso concitat usque ferum.
Quo, pueri, vos quaero loco mihi, vosque, puellae?
Etruscum liquida vas cumuletur aqua.
Hic tripodem Sphingas video portare volantes.
Quin ignem nutris, languide serve, foco?
En, emito! In nummis Titus ipse his maximus exstat.
Lanx hic ponderibus non iacet orba suis.
Lumina lychnuchis quin indite flammea pulcris?
Quin oleo impletis lampada iam nitido?
Cista haec quid servat? Sunt munera missa puellae,
Armillae ex auro, creta, colorque niger.
Balnea iam accipiant sponsam unguentata beatam,
Crystallusque suum fundat aperta myron. —

At priscos quae causa viros tenet? Ecce, severis
Plenum museum specto voluminibus!
Hic stilus ad scribendum; hic cerea, Musa, tabella
Grata tibi! Tellus cuncta fidelis habet.
Ipsi etiam accedunt divi, accedunteque penates;
Stat virgam gestans pulcher Atlantiades;
Eque manu fertur celeri Victoria penna.
Nonne sacerdotes hinc supervenient?
Arae non desunt: agite, hic dis debita dudum
Instaurate piis ignibus, ore, sacra!

58. GENVS HODIERNVM.

Sicne erat, ut nunc est, semper? Genus oppido mirum:
Namque senes iuvenes nunc, iuvenesque senes.

59. FONS IVVENTVTIS.

Fabula non est vana vetus de fonte inventae;
Fontem hunc in sese diva Poësis habet.

60.

Perit vetustas, tempus est mutabile,
Atque in ruinis vita florescit nova.

61.

Fidele pectus integri solum viri
Arcere amico tempus adversum valet.

62.

Ne placeat multis quidquid pangisve facisve,
Sed paucis: multis posse placere malum.

63.

Quicunque placuit optimis aevi sui,
Ille omnibus vixisse temporibus putet.

64. HÖLTYI.

Poculum oblivionis.

Haustum mi fluvii, qui placidis aquis
Fert oblivia Mortuis,
Adportet Genius, ne moriar male!
Quis oblita Phaonis est
Cantrix, Eurydices Orphicus et dolor,
Puros huic latices petat!
Mergam, ingrata, tuam tunc ego imaginem,
Os ridensque tuum et canens,
Umbrosaeque comae divitias vagas,
Pectusque (heu mihi!) candidum, et
Victores oculos, quos ego sentio
Corde, in somniferas aquas!

65. De usu vitae.

Aevi volatus quis cohibet? Fugit,
Divi ut sagittae, stillaque clepsydrae
Quaeque advehit mortis soporem
Et propius mala fata nobis.

Non ver reflorescit tibi mortuo,
Nec te umbra mulcet, nec cyathi sonant,
Nec dulcis arridet puella,
Nec iocus est Acheronta propter.

Nondum Hora te circumvolat ultima:
Quare procellis gaudia iam rape,
Quae, solem uti coelique rores,
Plena dei tibi fundit urna!

Actus dies luete inter amabiles
Risus amicorum, haud sine poculis;
Fixa oscula aut ori puellae.
Aut male pectoribus quietis:
Gressusque latus per virides agros,
Cantante Procne verna suavia,
Vincit coronas, quas sibi ardet
Nectere vel sapiens vel heros.

66. SAL. GESSNERI.

Amyntas.

Mane ex antiqua silva veniebat Amyntas,
Fissa tenens humero, sepem mox, ligna, futuram,
Curvato, dextraque securim, cum videt alte
Florentem quercum, loca per clivosa citati
Ad torrentis aquas. Stabat radicibus arbor
Nudatis, tristemque minans, male fulta, ruinam.
„Ah, male decideris rapidis," ait, „arbor," Amyntas,
„Tu mihi vorticibus, pulcherrima, lusus aquarum!"
Deque humero sumit non parvi ponderis ultro
Ligna, et nutantem munit celer aggere quercum
Effossa terraque tegit, ridetque peracto
Mox opere, in silvamque redit, sibi ligna petitum
Altera: cum Dryas infit ab arbore, voce suavi:
„Ne tu abeas a me sine munere. Dic mihi, leni
Pastor mente, quid est, te quod iuvet, utpote monti
Qui pastum ducis tantummodo quinque bidentes?"
„„O, mihi si precibus, Nympha, annuis, optima," pauper
Respondet pastor, „„cubat hac ex messe Palaemon
Vicinus: surgat facias reddasque salutem!""
Sic probus oravit, neque perdita vota fuerunt;

Ipseque in arboribus gregibusque agnovit Amyntas
Propitiam divam crescentibus haud mediocri
Fortuna, ut subito fieret de paupere dives:
Nam bene qui faciunt, his di sua coepta secundant.

67. BÜRGERI.

Poëta pauper.

Pinguis ut incusat mala tempora, seque poëta
Conqueritur: „Quid vis," inquit, „amice, tibi?"
Quidam, qui adstabat: „venter tuus exstat." Et alter:
„„Nempe hunc cauponi debeo meque simul.""

68. Nobilis quidam insultus ad cubicularium.

Mancipiis cunctis edicito, ne mihi quisquam
Nunc strepitet: nomen scribere tendo meum.

69. GÖTHII.

Prima iactura.

Ah, quisnam primi mihi tempora reddit amoris?
Una mihi saltem quo redit hora modo?
Vulnus hoc infelix ego nutrio solus, et omnes
Noctes atque dies nostra querela replet.
Lucidiora istaec quis tempora, quaeso, deorum,
Quae fuerunt, possit reddere meque mihi?

70. Anacreontis tumulus.

Hic, rosa quo floret, quo pampinus addere lauro
Se cupit, et Procne quoque cicada canit,
Cuiusnam est tumulus, variâ quem numina vitâ
Omnia condecorant? — Hic situs Anacreon.
Veris et autumni vixit bona tempora felix
Cum Musis; hiemi subripuit tumulus.

71.

Non omnes via lenis ad ostia ducit Averni;
Saepe per abruptum quaeritur alma quies.

72.

Vitae crede: libro melius docet atque magistro.

73.

Sicut amor, pariter dolor est aeternus amoris.

74.

Mortua, Flacce, tua, et tua, Pindare, lingua videtur,
Quae poterant nostris vivificare suam?

75.

Romuleam vim, Teuto, venustatemque parato
Graecam; sed abstineto saltu gallico.

76.

Vivîte cuncti et amate: fugit cito vita venusque.
Felix, cui Lachesis finit utrumque simul!

77. Elegiarum Romanarum quinta.

Antiquae terrae iam adflatus numine sancto,
Quae sunt, quae fuerunt, sentio callidius.
Consilio docilis, dum sol nitet, omnia volvo
Scripta vetustorum, semper amanda, virûm;
Verum per noctes Amor imperat, atque rependit
Mancam doctrinam duplice laetitia.
Quid dico? Non hoc doceor quoque, pectoris almi
Perscrutor formas cum femorumque manu?
Marmora tunc ego demum intelligo corpore vivo;
Luminibus tango tunc, videoque manu.

Oscula nec peto sola: placet quoque sermo quietus;
Sponsaque dum dormit, cogito multa vigil,
Ipsa et complexus pulcherrima membra poëtor,
Denumerans digitis lenibus hexametros
Illius in tergo, dum spirat suaviter, imis
Halitus et flammat dum mihi pectoribus.
Suscitat interea lumen puer ipse Cupido,
Ut tribus ipsius fecit et ante viris.

78. Elegiarum Romanarum septima.

O quam Roma placet, memini cum temporis acti,
Quo canum vidi semper adesse diem.
Obscurum et capiti coelum imminuisse gravato,
Nec mansit mundo forma colorque suus:
In sese ut semper descenderet anxia nobis
Mens, atrasque suas quaereret ire vias.
Clarior hic oculis aether nitet; omnibus hic est
Et color et rebus forma iubente deo;
Sideribus nox fulget amabilis, ac sonat omnis
Suave; die Arctoo lunaque lucidior.
O me felicem! Num somnio? Iamne videre est
Forte domos vestras, Iupiter, ambrosias?
Hic iaceo et genibus duplices, Saturnie, palmas
Tendo tuis. Audi, Iupiter o Xenie!
Quo pacto intrarim, vixdum scio. Sustulit Hebe
Ipsa viatorem, traxit et ad Superos.
Heroëmne aliquem iussisti adducere, divaeque
Error hic est? Hoc me fac, precor, alme, frui!
Sic alia et, Fortuna, solet tua filia: summis
Virgineo donat more beata bonis.
Hospitibus placidus si tu es, deus: hospes ab alto
Hic inhonoratus limine ne redeat. —

„Vates, quo adspiras?“ — Ignoveris! Alter Olympus
Est Capitolinus mons tibi, summe deûm:
Hic vivam; hinc iubeas volo marmora Cestia propter
Ad Styga me sero ducere Mercurium.

79. Elegiarum Romanarum decima.

Caesarem Alexandrumque Henricumque ac Fridericum
Dimidias famas cedere credo suas,
Una hoc ut lecto liceat modo nocte potiri;
Verum vis Orci dura tenet miseros.
Corripias quare tua gaudia, vive, priusquam
Lethaeas inter pes tuus erret aquas.

80. Curae dulces.

Linquite me, curae! Verum haud mortalibus unquam
Concessum, ut curis libera corda gerant.
Quodsi fatale est, curae veniatis amoris,
Tuque sororum omnis pectore cede cohors!

81. Excusatio.

Incusas, alio ex alio quod flagrat amore
Claudia? Constantem quaerit illa virum.

82. Admonitio.

Quonam erras late? Prope sunt bona. Tu modo prudens
Fortunam semper discito corripere.

83.

Bonos precabere atque prudentes tibi
Comites, nec usquam, amice, Fortunam deam
Vecordia laede aut levi superbia:
Vitiis iuventae facilis illa urget viros.

84. MART. OPITII.

Scit Sapiens liber, quamvis gravis, esse, catenis,
Fortunaeque heros calcat, amice, rotam.

85. HALLERI.

In imaginem amici.

Talis erat facie Claprothius. Haud fuit unquam
Vita magis grata, tristior aut obitus.

86.

Nunquam petit Natura, quod Virtus negat.

87. KLOPSTOCKII.

Magnanimus cito rex mersus Styge secula vixit.

88. HAGEDORNII NOBILIS GERMANI.

Exiguus Phax est; at parvo in corpore magnum
Ad laudes rixasque exhibet ingenium.
Acer, scurra, novus, verba Euclio, sensa profusus,
Recte omnis dici Phax epigramma potest.

89.

Virtute sapiens usque et innocentia
Conspicuus est vir in probis atque improbis.

90. WITHOFII.

Terrarum in orbe bona fuerunt omnia
Principio, eruntque denuo sapientiâ.

91. SCHILLERI.

Vita seges Fati, gremio commissa Futuri
Nocturno, et magnis tradita parva deis.

92.

Quicunque bonus es, patriae praesta fidem,
Animoque caram fervido complectitor.
Ibi roboris crede esse radices tui;
Aliena in omni solus adstiteris plaga.

93. GLEIMII.

Votum sponsae.

Nubo hodie, cras uxor ero. Deus, annue sanum
Usque mihi sponsum, me facilemque viro!

94. Vicini.

I. Pulcra mea est vicina, nec abnuat ulla petenti;
Adsidet at metuens usque maritus ei.
Esto! Habeo vinum, quod cum bibit iste, gravatum
Mox caput inclinans dormit adusque diem.

II. Vicinus mittit vinum mihi. Iam scio, quid sit.
Callidus est, fateor; callidior sed ego:
Nam bona vina bibo, nec tam cito coniuge casta
Excidero, rem quam conteret ille suam.

III. Mi vir, vicinum ne decipe! Fert melioris
Vina notae; verum haec sit mihi religio.
Aut numera argentum pro vino, aut, si tibi forte
Non placet, ipsa velim reddere iusta viro.

95. Propositum.

Dies fugaces nulla potentia
Frenat, volantque non citius rotae,
Nec fulmina auras per calentes:
Hoc ego gaudeo, dum licebit.

96. Aegroti suspiria.

Vina vetat medicus cruciatum febre maligna
Sumere, nec latices non mihi laudat aquae.
O di, vel detis, precor, ut fatalia ne sint
Vina mihi, vel fons ut male ne sapiat!

97. C. E. KLEISTII NOBILIS GERMANI.

In anum fucatam.

Creditur haec iuvenis, sed decipit, ipsaque longe
Est maior natu pessima, quam facies.

98. Ad Thestylidem, carmen ipsius osculantem.

Quid video? an nostro das basia, pulcra, libello,
Thestyli? Non prosunt basia carminibus,
Sed nobis prosunt. Multa insunt carmina nobis,
Tu quae prolectes omnia basiolis.

99. PFEFFELII.

In Aemilium, malum poëtam.

Mortua, quam Aemilio peperit modo Prisca poëtae,
Gnata. Perit, quidquid venit ab Aemilio.

Epigrammata in Sophoclem, e Graeco versa.

100. SIMONIDIS.

Longaeve o vatum sic flos cadis ipse, Sophocles,
Correpto Bacchi germine caeruleo!

101. ERYCII.

Semper et in laevi tibi marmore, dive Sophocles,
Hoc hedera extendat scenica molle pedes,

Semperque innumeris apibus locus undique fervens
Stillet, Hymetteïs mellibus irriguus:
Attica ne careat tibi nunc quoque pagina favo,
Nec sertis ullo tempore caesaries.

102. HERDERI.

Nulli nocere, ferre opem laetam omnibus,
Velut ara sancta, haec est amica Religio,
Quae in morte iustos sola comitatur viros.

103.

Ah, quis amicitiam reddit deus optimus orbi,
Qua sine nec nobis est amor almus amor?

104.

Matutina est umbra vir improbus usque minuta,
Vespertina probi est umbra sodalitium.

105.

Cetera disiungit Mors, sed coniungit amantes.

106. MATTHISSONII.

Audere debet vir bonus, et, leve
Quidquid resignans, credere se deis.
Tunc laureis florere laetis
Dura, rosisque feri labores.

107.

Natura quem pie habitat et Sapientia
Et Mens amica Amorque, locus Olympus est.

108.

Fortuna, nunquam vir generosior
Cedit tuae excors, dura, tyrannidi!

109.

Turpe querela viro forti. Quum ferreus instat
Daemon, facto opus est: turbine verba volant.
Mens si qua est similis, totum se dedat amico;
Sin, tunc omne probus vir sibi solus erit.

110. BRINKMANNI NOBILIS GERMANI.

Torpens ut Ratio Musam et contemnat Amorem:
Usque poëtari mens et amare volet.

111. GRAMBERGII.

Scala est, ad coelum qua scanditur, eque deorum
Sedibus ad terrae nubila rursus, amor.
Nos amor ad Superum sanctissima gaudia tollit
Gustanda; at divûm mollia cordia facit.

112. F. GEDIKII.

Aeternum durans Sapiëntia, fraudibus olim
Victis humanos tu facies homines!

113. TIEDGII.

Per vos sola deum Ratio quit noscere simplex,
Natura sancta et timida Conscientia.

114. I. P. F. RICHTERI.

Spe multa hic opus est: bona nec Fortuna iuvare
Absque hac, nec ferri perfidiosa potest.

115.

Vitane tam longa haec, irae locus ut sit, amici?
Tamque boni multi, se fugere ut deceat?

116.

Vis magnum; at hanc domare sola ipsa minus.

117. TSCHERNINGII.

Verus ab aerumnis longoque amor exstat ab aevo;
Qui poterat minui, non amor ille fuit.

118.

Iure malum frustra iurando adstringere tentes;
At iusiurandum vir probus ipse suum.

119. F. KLEISTII NOBILIS GERMANI.

Qui se ipse vicit, vincet infortunium.

120. A. G. SCHLEGELII.

Fortuna, ceu Sphinx, devorat viros prius:
Quam solvere eius calleant aenigmata.

121. F. L. STOLLBERGII COMIT. GERM.

Non bona nec ferient ullae tibi pulcra sagittae:
Nam sapiens firmis fers ea pectoribus.

122. SCVLTETI.

Mente super certant. Potius mihi dicitur illud,
Quod facile aerumnas pertulit, ingenium.

123. AVG. LAFONTAINII.

Sidera conflagrant olim, coelumque labascit;
Aeterni sed amor manet atque amor usque bonorum.

124.

REGI REGINAEQVE ET DOMVI
REGIAE FELICEM REDITVM GRATVLABATVR
F. H. BOTHE.
Berolini 1809, mense Decembri.

Non fuit surdus Deus, innocentum
Ut preces ventis daret usque ferri:

Audiit nos, audiit, et Borussis
Dulcia risit;

Iamque nox tandem pavet ista, quaeque
Presserant terras Stygiae tenebrae
Solis ardorem fugitant et almae
Gaudia lucis:

Rex enim et Regina boni bonorum
Civium cedunt precibus, relictas
Ut suas sedes repetant, Laresque
Floribus ornent,

Quos Hiems felix tulit ipsa, presso
Frigorum morsu. Redeunt ad urbem
Regiam et Nati Patriae Parentum
Filiolaeque,

Et simul Pacis comites beatae,
Spes Fidesque et quae lacrimans Minerva
Viderat neglectum opus, et referto
Copia cornu.

O dies, salve populo, dierum
Omnium laetissima, quae dieque
Nocteque exoptata diu Borussis
Vota reducis!

Vosque, qui Reges Patriae paternos
Iam redonastis, facite ut perenni
Gaudio longum incolumes in aevum,
Di, potiantur!

Urbis et cives populumque totum
Prosperis ornate per inreprensa
Secla fortunis, repleatque Gentis
Gloria terram!

125. In Spem.

Non in angustis miser his manebo
Rebus: exsolvit deus innocentes
Turbido fluctu, bene roborata
Pectora servans.

Non pavor, virtus valet in periclis;
Pugnat ignavis precibus senectus:
Cuncta sed fortes manibus gubernant
Consilioque.

Quare ego, non torpidus, hinc in altum
Exigam navem, scopulos minaces
Propter evasurus, et ad patroa
Littora tendam:

Nam sedet firmus, soliis ut ipsi
Di sedent magnis, animus virilis
Pectore, et solatur amabilis me
Innocuum Spes.

At deis servatus ego micantia
Aureis nunquam statuis dicabo
Templa; sed parva iugulabo in ara
Fervidus agnam.

126. In Virtutem.

Per asperos casus deus optimus
Mortale ducit, non odio, genus,
Sed pectus ut virile firmet
Temporibus rigidoque fato.

Virtus per Alpes, lata per aequora
Fert arma Virtus, nec dubiâ viâ

Ad astra tendens, annuente
Cuncta deo, potitur coronâ.

Spectaris et, vis, tu, Sapientiae!
Aiax Ulyssis vincitur improbâ
Oratione, nec petita
Obtinuit manus arma, sed mens.

At Otiosi papilionibus
Haud pensiores, turpe caput rosis
Cincti, bibunt amantque et omne
Pervolitant leviter per aevum.

Superstites spernuntur, honoribusque
Egent sepulti; corpore cum pigro
Nomen perit, genusque diro
Percutitur miserum pudore,

Luitque poenas immeritas patrum.
Quare stat haec sententia pectore,
Petrae instar: audaci volatu
Ire per aspera perque clara.

127. In Sanitatem.

Sanitas suavis, mihi cum redibis:
Eximam curas animo rapaces,
Teque complexus, pater ut puellam,
Rex ero magnus.

Gratia es vitae, dea, tu! medulla es
Gaudii mortalis, habentque nullos
Corporis fructus animive, te quis-
cunque carendum est.

Tu comes firmas temues, beasque
Divites; tecum fluit hora laete

Sola, et instaurant iuvenem tuâ vi
Tempora cana.

O mihi salve, celebranda Virgo,
Nec fuge hoc stratum misere cubantis
Per dies longos, male finientes!
Nocte serena

Cum meo adstabis capiti: velut sol
Tu mi eris surgens, velutique montis
Filius qui fons rigat arva dulci
Torrida rore.

128. Amicorum dialogus.

A. Te sive Attalicis evehat, o bone,
Princeps divitiis, seu tibi dividat
Gratus sceptra paterna:
Non oblitus eris mei?

B. Sive in me cumulet fulva metalla, seu
Ponat me solio Fors Berecynthiae:
Non unquam memoris me
Reddet immemorem tui.

A. Quid si forte suis Idaliae puer
Te telis petat, ut virginis aureae
Flagres igne recenti:
Sordebit mea caritas?

B. Dulcis feminae amor, sed mare turbidum
Certius. Petra ceu, certus amicus est,
Fidelisque per omnes
Amico veteri dies.

129.

Ad Iuvenem praeclari ingenii
morumque sanctissimorum,
IOH. HENR. SCHVLZE,
Haldenslebio-Magdeburgicum,
Theol. Cand.,
cum alma Academia Fridericiana
profecturus esset,
Elegia.

Siccine decretum est amplexus ferre supremos,
Atque abrumpendum dulce sodalitium?
Ah verum est: patrios repetis, Dilecte, penates,
Et cadet antiquo victima multa Lari.
Adstringent manibus laeti tua colla parentes,
Et cum fratre dabit savia mille soror.
Felicem te! At nos quid te abscedente iuvabit,
Cessabitve animi quo medicante dolor?
Ter fugit Phoebus, verso ter et axe revertit,
Nostros ex quo animos mutuus urit amor.
Quam tecum suavesque brevesque peregimus horas!
Nam breve fit quidquid suavius acciderit.
Dulcia quam vigilis male cantus saepe diremit
Concilia, elapsi temporis admonitor!
Saepe et pastoris latos lustrantibus agros
Auditus canis est iam redigentis oves.
Vel dum, nigrantes ubi Sala retorquet arenas,
Rupis conscendunt aspera dorsa pedes,
Qua piscatorum Crelvittia cymba vagatur
Crebra, molamque urgens itque reditque rota,

Sede super parva lapidis dum laeta seruntur
Colloquia et risus tempora decipiunt,
Dum lubet ad solam visus nunc vertere turrem,
Ripula despicitur nunc viridisque locus:
Saepe vel obtexit cum flumine gramina ripae
Umbra, molae lassae conticuitque rota,
Vel mediis in aquis lunae trepidavit imago,
Flabraque nocturnis increbuere viis.
Non semel et (memini) speculas ascendimus istas,
Arcis ubi veteris pauca ruina manet.
Militibus quondam strepere illa armisque solebat
Ardua et hostiles pellere tuta manus;
Diruta nunc misere iacet ipsa, et gramine denso
Pascit cum vitulis agmina lenta suum;
At turris tristes ita despicit alta ruinas,
Gnatorum ut genitor corpora caesa videt,
Vidisti esurie ut pueros, Ugoline, peremtos.
Iam, genitor, caris immoriture tuis!
Cuncta sed intereunt; vanescunt omnia laeta,
Incertusque dies tristia quae peperit.
Nil datur aeternum. Prius amnem posse relabi
In caput et montes vadere credibile est,
Quam per inabrupta transcurrere gaudia vitam,
Misceri laetis nec mala saepe sua.
Quomodo et heu! nobis, quos dulcia vincula iungunt,
Advenit tacito flebilis hora pede,
Qua valedicendum est, qua conferimusque supremos
Forsan sermones (quod prohibete, dei!),
Qua tristi lacrimosa feruntur savia voltu,
Faucibus et torpet debilis ipse sonus.
Quid dicam? moneam te, animo ne defluat alma
Quo fuimus iuncti tempus amicitiae?

Aut tibi promittam, vitalis dum aura fovebit,
Immemores nunquam nos fore, Care, tui?
Omen inest verbis: nam vincula rumpere verae
Nec valet omnivorum tempus amicitiae,
Nec locus infringit, non si abducantur amici,
Quantum inter sese distat uterque polus.
Immutata manet mens, et cum terra negabit
Nectere sermones: vos datis, astra, locum!
Saepe simul lunae poterunt advertere voltus,
Saepe in Lucifero lumina convenient,
Et: „Mecum," dicent, „simul ista adspectat amicus
„Longinquus forsan sidera cum gemitu,
„Ac memor illarum fuerit, quas vixinus olim
„Coniuncti, horarum, si modo vita manet."
Tum lacrimae vocem impedient, titubabunt gressus,
Et mentem implebunt gaudia flebilia.
Sed ruit hora: vale multum, sanctasque sorores
Iustitiam, ut dudum, percolitoque Fidem;
Quem comitaturam scio non unam esse Camoenam:
Nam Musae a puero teinet amore fovent.
Iamque vale, vale ah! supremum, et comprime fletus,
Territa ne lacrimis quaerat abire dea,
Vertice quae iam te merito Fortuna locavit,
De quo securus despicis invidiam.
I fauste! Miserum nostrum se haud rebitur ullus,
Dum sciet optato currere cuncta tibi.

130. In Lavateri obitum.

Qui potuit voltu dignoscere, quis bonus esset,
Quis malus, ut Mortem suspicit, illa ferit.

131. In Helvetiam atque Italiam.

Helvetiae qui mira adspexerit Ausoniaeque,
Ille potest VIXI dicere, Paule, SATIS.

132. Germania loquitur.

Cetera disiecti coeunt mihi denuo membra
Corporis; at priscum non et habebo caput.

Carmina anno 1807. et circa id tempus scripta (133 — 167).

133. Dii terrestres.

Non hominum terra est, velut antea, sed (puto) divûm
Nescio quae pugnax natio cuncta tenet.
Sic volo! sic iubeo! fiat! ne fiat! habeto!
Reddito! Quis non hos sentiat esse deos?

134. In Menonem, die pluvioso proficiscentem.

Iupiter ad terram totus descendere visus
In partem coepti venit et ipse tui.

135. In eundem.

Fanda nefanda novo si misces usque furore,
Quid tu, nos, divi, cuncta, Meno? Nihili.

136. In discessum Bonaepartis scomma.

Gallus iit Bonapars, iit et bona nostra bonorum
Pars. Nunc Bonampartem accipe in partem bonam.

137. Spes extrema.

Vivi marcescunt? Terra, hisce! exsurgite, Manes!
Incidite, o statuae templaque sancta deûm!

138. Europa centiceps correpta.

Centum ille Europae capita omnia corripit unus
Marcida Gallorum centimanus Briareus.

139. Ad Attilam.

Scis bellum; sed bellum ex bello ducere semper
Ni fugias, non dux, Attila, miles eris.

140. Ad tyrannum victorem.

Fauste tyranne, tuis inimicis iungit amicos
Sors eadem longe pessima, servitium.

141. Ad Aulum.

Custodes removes? Bonus es? Malus, Aule, maneto:
Namque esse hoc calles, illius es rudior.

142. Ad Sarmatiam.

Nomine, ceu pueri, ducére, Polonia, semper?
Rem libertatis quaerere disce mihi.

143.

Calcantur triviae; trivia es, nec, terra Polona,
Te licet immunem sortis abire tuae.

144.

Sarmatia infelix, Fortunae lusus utrique,
Oppressa eveheris, sed relevata peris!

145. Ad Sarmatas.

Libertatem hanc, coece, putas incedere veram,
Sarmata? Personam detrahe: Servitium est.

146. Insula beatorum.

Insula quae sit disce beatorum. Anglia terra est,
Quam non pervasit Gallus adesuriens.

147. Alexandri nostri gloria.

Algores interque aestus o Rossica felix
Terra, peregrino non temerata pede!

148. Ad Albium.

Vis bonus et magnus, vis omnia pulcra videri;
Nulla videri, Albi, sed probus esse velis.

149. In Aemilium.

Rusticus, ingratus, fallax, crudelis, avarus,
Regnipetax, cui non vapulet Aemilius?

150. Canis lunam allatrans.

Reginam allatrat, lunam ut canis, iste superbus
Cerberus. Haud possunt alba placere nigris.

151. Tres malae res.

Tres res bonae feruntur, atque itidem malae
Tres: pestis, aera aliena, tum dux Celticus.

152. Ad Furiam.

Secundum Horatii epod. 12.

Quid tibi vis, Furia, ipsa tuis longe atrior Afris?
Hamatis me ducere verbis
Quaeris, nec lucri cupidum, neque naris obesae?
Namque sagacius unus odoror,
Pulypus an cancer mentem vescatur atrocem,
Quam canis acer, ubi lateat sus.

Non pudet, immanem tibi pectore crescere habendi
Usque sitim, gladioque recluso
Sedare indomitam rabiem? Iam pane beatus
Et pastor caret Helvetiai,
Et Suevi glande agricolae. Tibi dira precatur
Italus exustus, tibi lusa
Turcica gens, velox et Arabs, male tutus in ipso
Deserto; quin civibus ultro
Exiliique gravem poenam imprimis, et dare leto
Vita unos properas, fera, dignos.
At regum quoties fastidia corripienda
Servorum tibi! „Quid mihi cessas?
„Exsuge hoc populi pellem usque et ad ossa cadaver!
„Nil linquas! Pereat male, quae te
„Lesbia quaerenti tigridem mihi subdidit agnum!
„Osi Maratius superesset,
„Cuius in ingenio constantior atra libido,
„Quam nova collibus arbor inhaeret!
„Tene ut principibus cupiam immiscere novellis?
„Ducere ne studeat mihi neptes,
„Qui sit homo: gener et mihi Cerberus et socer Avernus,
„Tisiphoneque facem ferat alma!“
Haec tibi dicenti moritur pudor et pietatis
Omnis amor, rostrumque manusque
Uncantur miseris, oculi nigra Tartara vibrant,
Iamque tuos fugis ipsa ministros.

153. Furia constans.

O unicam Furiae istius constantiam!
Bellum sit aut pax: petit, agit, fert, vellicat.

154. Libido.

Nimis dulce putavit Hippocrenis
Barbam vellere mortuo leoni.

155. Harpyia superstes.

Harpyias periisse putant. Male creditur: una
Vivit et Europae viscera dilacerat.

156. Cerberus novus.

Humano et tigridis capite anguineoque draconis
Invasit Superos Cerberus iste novus.

157. Titus an Friderico II., Borussorum regi, sit comparandus.

Vulturius si aquilae, compar Titus est Friderico:
Maiora hic vicit, ille minora vorat.

158. Aemilii creatio.

Caesaris ac Lojolae dum animas Natura creatrix
Miscet forte, bifrons exstitit Aemilius.

159. In praegressum epigramma.

Ex Lojola concresse ac Caesare forte bifrontem
Haud puto, qui frontem non habet, Aemilium.

160. Ad Aemilium.

Quid multo opus custode, ni metuas tibi?
Metu quid opus est, Aemili, ni sis malus?

161. In Petacem.

Dux esto rexque; at litteras quod attinet,
Plus nunquam eris quam litterarum vir trium.

162. Ad Amusum, veraces ferro coercentem.

Vetos necato: veritatem non potes
Mortalis immortalem, Amuse, extinguere.

163. In Quendam, morbo caduco, ut ferunt, laborantem.

Vellicat hunc Satanas crebro ac trahit; is fugit usque.
Hoc vocitat morbum Gallia Caesareum.

164. Novus creator, seu deus inversus.

Ceu deus, in mediis ab se stat et iste creatis,
Omniaque exsultans clamitat esse mala.

165. In Caecilium.

Infinitorum bellorum callidus auctor
Est rationalis bestia Caecilius.

166. Ad nescio quem, ex antiqua comoedia.

Dux factus et rex, litterati te nihil
Adhuc fecisti: fac te longam litteram.

167.

Vile quidem hoc anno pira pomaque, vilia vina;
Vilius at nil est regibus ac ducibus. *)

168. In Attilam, Friderici II., ut ipse quidem videri volebat, discipulum.

Bellorum qui odio movit iustissima bella,
Antistes sapiens Pacis et Ingenii,

*) Qui nunc quidem omnes evanuere.

Illius (umbra Boni fanum exhorrescere fertur),
Illius ut tu sis, Attila, discipulus,
Qui Pacem mactas Belli volentus in ara,
Artesque educis non nisi Tartareas,
Magnanimi laetam exstirpans segetem Friderici?
Absit ab Integro turpe magisterium!

169. Ad Intempestivum.

Infelix fuit et cessatio, nec tua felix
Actio. Nil novit Tempore maius homo.

170. In Torquati Tassi poëma de urbe Hierosolymae expugnata.

Servitium servivit, eheu! tibi Tassus inermis
Triste hoc, o Criticae triste supercilium!

171. In F. A. Wolfii effigiem.

Wolfi haec effigies, unum per corpus Homeri
Qui docuit multos vivere Maeonides.

172. De Eodem, Aristophanem explicante.

Optimus interpres verborum quisque suorum,
Nunc ut Aristophanem pandit Aristophanes.

173. Ad Ioannem Labadium, architectum Berolinensem.

Salve, indefesso studio qui percolis artes,
Quaeque adolescenti dura, patras senior!
Atticus ut Sapiens, quem sustulit atra cicuta,
Desistis nunquam discere, dum superas.

174. In Othonem parasitum.

Persona an possit dubitas prima esse secunda?
Ipse hoc ad coenam se probat Otho vocans.

175. In Onum, Musarum ministrum.

» Quid tibi cum Phoebo, stolidissime? » Baiulo Musas,
E coelo terram quando venire volunt,
Atque harum saccos. » Ita fis equus? » Omnia fio,
Si qui me adiungunt, hordea dum mercam.

176. In scriptorem quendam politicum.

Qui bona nunc laudas, pridem mala quaeque probasti,
Omnia fis ductu daemonis, esque nihil.

177.

Si quid mi acciderit, tumulo, precor, addite marmor
Parvum, quod verba haec VIXERAT ILLE ferat.

178.

Nosce hominem sentique deum te in pectore, ut ortus
Usque memor metam mens petat aetheream.

179. In Caprium.

Cedite, Germani critici, et vos cedite, Celtae
Ac Britones: ipse, ah! Caprius ipse venit!

180.

Graii et Romulidae, concurrite, quos tulit aetas,
Scriptores, vos ut Caprius expoliat!

181. Caprius loquitur.

Parcite tot presso scriptoribus, aut date plures,
Fata, manus: nunc sum Caprius, haud Briareus.

182.

Vix puto, defunctos supera ad convexa reverti.
Si possint, sane Pindarus huc redeat
Inspectum, quam se bene versificarit ἅμαρτον
Caprius, et quam sit nunc mage Pindaricus,
Τριτοφύλως modo cum versus glomeramine denso
Molitur, modo sic eiicit ἀκροφύλως.

183. Epitaphium Caprii.
Ipse loquitur.

Caprius ille fui, stabant quocumque cadebant
Omnia. Sum solus, praetereaque nihil.

184. In Aulum philologum, non nisi aliena publicantem.

Accumulas dictis dicta in dicta, Aule, quotannis,
Dictisque vivis mortuorum, non tuis.

185. Epitaphium editoris cuiusdam veterum scriptorum.

Conditus hoc tumulo est Bonolibromalimprimiperdus,
Quem volo Fama tuba posteriore sonet,
Scriptis descriptis properus male mille vetustis
Quod saccos nostros farsit, et aere suum.

186. In grammaticum quendam Germanum.

Nubium amans Nubes Nubem compressit; at illi
Nubs peperit libri Nubila grammatici.

187. In metaphrasten quendam veterum scriptorum.

Omne tuum veteres vertis, Vertumne, per aevum?
Nemo te vertet, nec fueris veterum.

188. In quandam Sophoclis versionem.

Fis lapis, o Sophocles! Fero, si Marpesia cautes;
At loqueris: petra est garrula prodigium. *)

189. In G. Arminium.

Decipit Arminius, sed callidus est Godofredus:
Dimidium aversor, diligo dimidium.

190. Aenigma.

Lecta a principio vox haec caput indicat orbis,
A fini primum denotat illa deum.

191. Epigramma scriptum in editione Plauti Lambiniana, qua me donavit elegantis vir ingenii mihique amicissimus G. C. S. Mylius.

Mylius haec dono dedit optimus optima Plauti
Emendatori carmina Bothiadae,
Rhenanas ripas quo Bothius appulit, et quo
Napoleon factus tempore Nicoleos.

192. In Priscam.

Es vetus, es foeda, es morosa, odio omnibus una,
Prisca, es. Sic cum sis, Prisca, quid esse iuvat?

193. In Aemilium, bonarum litterarum professorem.

Non opus Aemilius scribi putat esse latine.
Non opus est scribi, scribit ut Aemilius.

*) Factus: Petrarum revera sunt duae: quarum alterum naturale, saxum promincns in mare; alterum manu factum etc.

194.

Oda de servata Anglorum inprimis et Germanorum fortitudine, prudentia, ópibus Europa.

„Nam quid minaris? quid gravioribus
„Plectris canendum, Calliope, moves?
„Mundine rectorem deum, auras
„Rite per aethereas citati?

„An astra, mundi lumina fulgida,
„Quis vita constat per numeros suos,
„Industriosa? an tendis imas
„Sub rapidi Phlegethontis umbras?“

Nunquam - retorta iam Superos peto
Ipsos sagitta, iamque ego dis pares
Heroas extollo camoena
Magnanimos, pia vota solvens,

Haud nuda vita, sed quibus aurea
Vitae expetenda praemia fervidae
Visa: inserenda annalibusque
Nomina sideribusque coeli.

Vis nulla vivax; atteritur lapis,
Guttaque molli durior interit.
Vim qui parabit cunque, monstri
Audiat interitum nefandi.

Adnotatio.

V. 3. Mundine rectorem. *Δημιουργὸν τοῦ κοσμου.* Plat. in Tim.

Devincta somno forte opibus potens
Regina, divum progeniés patrum,
Inauspicato olim iacebat
Conspicua populis in arce;

Circumque, longa pace remissior,
Gens sueta bellis excubias dum agit
Lentas, sua virtute freta,
Opprimitur subito a dracone,

Quo nullus unquam saevior impulit
Greges virosque, nullus agrestibus
Inmaniorem impressit unquam
Frugibus arboribusque malam:

Centena fuscis cui capita ardua
Collis rigerent, faucibus et cruor
Centenus exstillaret atris,
Caudaque totum operiret orbem.

Nil suspicatas bellua nexibus
Nocturna turbas implicuit suis,
Terramque concussam veneno
Dira cadaveribusque sparsit,

Complens tremendis omnia sibilis,
Qualem in fugaces Cerberus edidit
Umbras, Avernus quo stat imus,
Sideraque tremefacta pallent.

Iamque ad beatam pessima virginem
Per enecatorum agmina corporum,
Ipsius elisura fauces,
Volvitur, et furiosa gaudens

Secum ruinas occupat ultimas:
Cum dormientis excutiunt avùm
Manes soporem regiorum,
Immeritum populus sub Orcum

Quos missus urget. Erigitur, videt,
Moeret, fugitque nympha miserrima,
Solaeque Spes Fidesque pullis
Vestibus exanimam sequuntur.

Sed quo fugam, quo, vertere iam licet?
Qua continens se porrigit, omnia
Serpens tenet, speluncaque orbis
Unus est male tuta monstri.

Sperate, quos Fors attonuit sacra!
Sperate: di sunt. Vix maris attigit
Parvissima ex ingente turba
Littora, cum advehitur per undas

Volante curru claviger Hercules,
Simulque Pallas, aegide pectora
Munita, Libertasque sancta,
Diva bonis bona iuncta divis,

Circumfluo quae venit ab angulo
Terrae beato, quem zephyri probis
Mulcent perennes civibusque
Hospitibusque negotioris,

Quîs littus omne perstrepit in dies,
Nec cessat usquam dives Atlantides,
Commercium instaurare iustis
Qui valet ingenuisque laetum.

Regina iam stat nave, sodalibus
Stipata fidis; nec properat draco,
Ut ante, magna conspicatus
Numina, iamque timens columnae.

At nec recedit bestia centiceps,
Perstatque demens proposito in malo:
Fatalem uti dis gentibusque
Det nece, non revocanda, poenam.

Clavaque percussum Amphitryonides
Et Hippia urunt lumine Russico,
Uruntque flamma Lipsiensi,
Ignibus Hanoviaeque adurunt;

Rursumque tollit semianime ut caput,
Pulcro Britannus Mars tibi foedere
Iunctus, Borusse, effligit, o dux,
Corpore, non animo, senilis;

Ipse et trisulca mittere Iupiter
Tela haud gravatur: nam solet impiis
Instare divûm gentiumque
Progenitor, simul hora venit.

Collis obustis omnibus et fera
Cauda recisa, ut ludibrium iacet
Immane monstrum: Europa tota
Libera clamat: Io, triumphe!

Adnotationes.

V. 85. Percussum. Draconem.

V. 98. Averruncando alacer deus. Hercules Averruncator dictus.

Ac te salutat, alma Britannia,
Et vos, averruncando alacer deus,
Pallasque, Libertasque, nobis
Insula ab egregia reductos

Una cum alumna Iustitiae integrae,
Pace, ac Pudoris, Pacis et Artibus,
Quae fugerant a caede dudum
Tartarei placidae Typhoei.

Quis sponte se diva addit amabilis,
Induta veste candidiore quam
Nix fusa nuper, quae deorum
Una bonis miserisque curat

Cum Copia, cui muneribus grave est
Cornu beatae; quarum opibus cito
Urbes resurgunt concrematae
Civibus, et loca vasta florent.

Quo laetiores respiciunt dei
Cuncti Britannum et, Teuto pater, tuam
Propaginem terramque totam
Luce bona sibi restitutam.

195. Votum nostrum. Hendecasyllabi.

Quae divos rogo, pauca sunt, amice:
Ut me Butleriâ perire sorte
Sinant, nec tenuem me homuncionem

Adnotatio.

V. 104. Typhoei. Del hoc Hesiodus Theog. 824:

ἐκ δέ οἱ ὤμων
Ἦν ἑκατὸν κεφαλαὶ ὄφεος, δεινοῖο δράκοντος.

Supremam ire viam tenebricosam,
Ivit maximus ut Lucretiorum;
Non abnormis uti modus sit agri;
Non mala facie malisve coniux
Moribus; neque nolit id, quod opto,
Otiosa domi silentia esse.
Amicos mihi si duosve tresve
Saepe Socraticam domum vocare,
Corporis validamque sanitatem
His addant citharamque Fata parvam:
Simplici (ita me di ament!) beati
Reges invideant homuncioni.

196. In multos, qui se Musarum amatores dicunt.

Diligitis Musas? Bene! Sed mihi dicite verum:
Num vos Musarum diligit alma cohors? *)

197. Ad Acritum.

Historias centum qui digeris, Acrite, chartis,
Magnus es atque idem pessimus historicus.

198. In librum taediosum.

a Frigide, iam divo, Superùm qui claudicat unus,
Aut te Neptuno sacrificabo, liber!
b Ne facias: instar magnae tibi bibliothecae est,
Is quoque quod nullo tempore perlegitur.

*) Vertas:

Ihr liebt die Kunst? Ihr Herrn, mit Gunst
Zu fragen, liebt auch euch die Kunst?

199. Epitaphia Gleimii poëtae.

Gleimius hic situs est, cui Militis ardor in arma
Et fuit in Musas Anacreontis amor.
Huic Heliconis amans faustumque malumque paravit:
Namque adimens visum carmina Musa dedit.

200.

Gleimius hic situs est, tuus, o Fridrice, poëta,
Quocum dispereunt Fabula, Risus, Amor.

201.

Gleimius hic iacet Armorum Cantorque Jocorum.

202.

Collacriment Mavors et Amor Bacchoque Jocisque
Gratia: nam tumulo Gleimius hoc tegitur.

203. Hendecasyllabi.

Tres uno tumulo iacent sepulti,
Tyrtaeus Phryge cunque Anacreonte,
Gleimius quoniam sepultus hic est.

204. Canticum rhythmicum in Gleimii mortem.

Gleim in pace requiescat,
Dum vocatus resurrescat
Visum longa gaudia,
Firma et solatia,
Angeli, in vestro sono
Assidens divino throno.

Planctu Funera carebunt
Coniugis, nec Nati flebunt,
Nec, ut Regum, splendidae
Cleimi sunt exequiae,
Sed sincera Laus et Honos
Viros prosequuntur bonos.

Multa tulit, multa fecit,
Donec vincula reiecit:
Vicit Metum, vicit Spem,
Nec splendores, neque rem
Hic Probissimus curavit,
Verum Animam salvavit.

Dei Memorem laudamus,
Bonum Civem celebramus,
Amicorum Optimum,
Vatem et sanctissimum,
Omnes nunquam non amamus,
Dum per vitam peragramus.

Vita Mors est, Mors est Vita;
Terra vincimus invita,
Et ad coelum redeunt,
Qui coeleste sapiunt,
Nec in pulverem amentes
Decidunt divinae mentes.

Laudatissima Exempla
Vivent et per coeli templa,
Virtus non silebitur,
Atque Hic laetabitur,
Maior Odio et Morte,
Iustus invidenda sorte.

Quare laetius cantate
Atque animos firmate:
Nam nos trahit Senior
Post se hic beatior,
Qui Amicos iam quaesivit,
Ac per tenebras praecivit.

Cum in auras ascendemus,
Illum statim agnoscemus,
Magis et gaudebimus
Praemiis felicibus,
Quibus Deus Hunc ornabit,
Qui ad dextram Ei stabit.

Nostri memor sis amoris,
Tui, Gleim, ut nos honoris!
Abest hinc Oblivio:
Nam Te tollent merito,
Quoniam fuisti Bonus,
Sermo citharaeque sonus.

Placide quiescat Cinis,
Et quae creditur haec Finis
Plenum sit Initium
Gloriarum omnium!
Non iniuste lacrimemus,
Deum sed concelebremus.

205. LOGAVII NOBILIS GERMANI.

Glyconei.

Lector, an placeo tibi?
Lector, an mihi tu places?

206. SCRIPTOR AD LECTOREM.

Ludere qui scis, lude: placet mihi ludere multo
Quam plorare magis vana, molesta, mala.
Versibus hic lusi; tu ludito versibus aeque:
Magna est libertas grataque carminibus.
Omnibus in medio posita est haec palma peritis.
Fecisti melius? plausero primus ego.
At contestari nolis hominesque deosque,
Si quo te videar tangère versiculo.
Arcum habeo, lector: peto quaeque absurda sagittis,
Robigo mordax nec petat arma mihi.
Quae bona sunt, quae pulcra, cava bene condita nube,
Nulla pharetratos extimuere viros.

INDEX POETARVM,
quorum hic carmina conversa sunt.

Anonymi, pag. 34.
von Brinkmann, 110.
Bürger, 14. 67. 68.
Erycius, 101.
Euripides, 1.
F. Gedike, 112.
S. Gessner, 66.
Gleim, 21. 22. 93—96.
Göthe, 17—20. 69—83.
Gramberg, 111.
von Hagedorn, 88. 89.
A. von Haller, 85. 86.
Haug, 25—35.
Herder, 23. 24. 102—105.
Hölty, 64. 65.
C. E. von Kleist, 97. 98.
F. von Kleist, 119.
Klopstock, 9. 10. 87.
Aug. Lafontaine, 123.
von Logau, 2. 205.
Matthisson, 106—109.
Mart. Opitz, 84.

Pfeffel, 99.
I. P. F. Richter, 114 — 116.
Schiller, 3 — 8. 56 — 63. 91. 92.
A. W. Schlegel, 120.
Scultetus, 122.
Simonides, 100.
F. L. Graf zu Stolberg; 121.
Tiedge, 113.
Tscherning, 117. 118.
I. H. Voss, 11. 12. 13.
Wekherlin, 15.
Wieland, 16.
Withof, 90.

IV.

ANOTACIONES CRITICAS

al ingenioso Hidalgo

Don Quixote de la Mancha, añadidas á las del Señor Luis Ideler en su edicion deste romance

por el Dr. F. H. Bothe.

Anotaciones criticas

al ingenioso Hidalgo

Don Quixote de la Mancha, segun la edicion del Señor L. Ideler.

Tomo 1.

P. 11. *Que non desdixese mucho del suyo.*] La conjetura de Covarrubias me parece á mi muy forzosa. Las voces *Del suyo* se habrán de entender del nombre de Don Quixote, él de la moza debiendo, segun el deseo del caballero, igualarse al suyo propio: *Dulcinea del Toboso á Don Quixote de la Mancha.* La derivacion del nombre de Dulcinea no le va nada al Señor Triste Figura.

P. 59. *Pues no hizo tantas necedades de industria.*) Lugar obscuro. Ha de corregirse probablemente así: *P. nos h. t. n. d. i.*

P. 131. *en dos dedos.*] Véase Erasm. adag. 4, 9, 73.

P. 342. *O hideputa.*] Aunque este juramento es baxo, no obstante, siendo tambien muy expresivo, el mismo Don Quixote le usa t. 2. p. 51.

Tomo 2.

P. 39. *Que de mi corazon y libertad tiene la llave.*] Modo de hablar antiqüísimo: que así dice Pindaro (Pyth. 8, 4; 9,70) las llaves de los consejos y de las guerras, y las de la persuasion y del amor. Canta asimismo Cam. Lus. 4, 77:

Me poem o inclito Rey nas maõs a chave
Deste cometimento grande e grave.

Véase tambien p. 185.

P. 57. *Así se me vuelvan las pulgas de la cama.*] Juramento rústico: Así se me vuelvan las pulgas de la cama (no en Dorotea, sino en otra cosa qualquiera mas agradable), como es mala la Reyna; lo que significa, que no es mala en ninguna manera la doncella.

Puede tambien explicarse desta suerte: Así se me huyan las pulgas de la cama (lo que acontecerá jamas en los dios de mi vida). Quanto mas, que al parecer aquel otro sentido de la voz *volverse* requeria la indicacion de la cosa, en que deseara Sancho que las pulgas se volviesen.

P. 84. *Acabóse la buena comida. Así — escasa. Pellicer.*] Es pues llamada buena, y entendida breve y escasa, la comida irónicamente, como p. e. se lee *bueno es á* la pag. 92; *bueno seria* tom. 4, p. 433 l. 4 de abaxo; *y es lo bueno* tom 2, p. 165; *buenos quedáramos* tom. 1, p. 327.

P. 100. *Pensabas. Acaso: pensarás. Pellicer.*] Esta correccion no parece ser necesaria. Es trasposta la negacion, como se vee amenudo, p. e. arriba pag. 70 lin. 3, 4.

P. 103. *Lo que se ha de hacer por buen respecto.*] Lo que ha (ó habrá) de hacer Lotario por respecto de su amigo en solicitar Camila, y en obtener della, por medio de persuasion, la promesa de todo su favor.

Desta manera el sentido del lugar parece estar claro e irreprehensible.

P. 104. *Como dixo un poeta* Usque ad aras.] Véase tambien Plut. Περὶ δυςωπίας y Erasm. adag. 3, 2, 10. Admonet, dice Erasmus, proverbium, nonnunquam, quo consulamus amicorum commodis, eorumque voluntati morem geramus, fas videri paululum a recto deflectere, verum eatenus, ne propter hominem amicum numinis reverentiam violemus.

P. 108. *Y las que se intentan* etc.] Compárese la Lusiada de Cam. 6, 95 hasta á la conclusion del canto.

P. 148. *Hacer notomía le las entrañas de su honra.*] Así como dice Cam. Lus. 2, 43 *Dos Fados as entrañas*, y nuestro autor t. 4, p. 409, 10 *las manos del olvido*, p. 176 *las manos del dolor, de tristezas y melancolías, la mano del apetito* p. 412 abaxo, y t. 4, p. 306 l. 1: *á manos de mis pensamientos*, segun Sofocles escribe Filoct. 320:

Θυμὸς γένοιτο χεῖρα πλησσαι ποτε,

lo que no habian de mudar los editores.

P. 158. *Y falsedad.*] Esto es la correccion de Pellicer, substituida al original *fealdad*, lo que él dice ser yerro de imprenta. Pero esta voz quizá podria entenderse metafóricamente, aunque otros autores no le hubiesen empleado desta suerte; concedido, como debe de serlo, que aun mucho mas, sino todo, es permitido á los ingenios creadores, come es él de Cervántes.

P. 189. l. 4. de abaxo las voces *bañados de licor amoroso el rostro y pecho de su verdadero esposo* deben de echarse atras la de *marido*, pues que Cardenio y Luscinda solos se tenian embrazados, y Dorotea arrodillada no podia bañar de lagrimas el rostro y pecho de su esposo, aunque la ocasion lo permitiese, lo que ha de dudarse.

P. 191, l. 10. *Y ver á la que pocas ó ninguna se podian igualar* etc. Esto ha ninguna conexion con el antecedente. La lectura de Bowle, aunque tambien depravada, lo es menos, leyendo este editor *verla*, lo que conduce al vero, que á mi parecer es *veria*.

El mismo lee: *se le podian igualar*, lo que mereceria la preferencia.

P. 215. *Con tres letras de guarismo.*] Con poquísimos caracteres, como se dice *tribus verbis*, *tribus bolis*, por paucissimis.

P. 235. *Pues no fué.*] Eso significa, que aun no se habia muerto el caballero, *non fuit*, segun el dicho notísimo de Virgilio *Fuimus Troes, fuit Ilium et ingens Gloria Dardanidum.* Haze uso Cervántes manifiestamente deste lugar t. 3. p. 370 y t. 4. p. 400,

como dese otro del mismo poeta *Parcere subiectis et debellare superbos* en el 4. tomo, p. 223, donde afirma Don Quixote, *que el principal asunto de su profesion es perdonar á los humildes y castigar á los superbios.* Véase tambien la anotacion á Iwan 10, 510.

P. 246. *Quando ven la suya.*] Compárense p. 398, l. 6 de abaxo, p. 419, l. 6 de ab., t. 3, p. 123, l. 10, t. 4, p. 404, l. 12, donde se lee: *esperando la sentencia de la suya.* Dícese tambien en Portuguez *fazer de las suas*, to play foolish tricks, to play the fool, segun lo explica Vieyra en el Dictionary of the Portuguese and English languages, London 1794.

P. 277, l. 7. Deseaba de véras Zorayda dexar su padre; pero aborreciba hacerle algun otro mal de la misma su fuga; lo que prueva la falsedad de la lectura vulgada *porque nunca mi deseo se extendió á dexarte, ni á hacerte mal*, en vez desta: *p. n. mi d. se e. á dexarte hacer mal.*

P. 279, l. 4. *Volvió el viento tranquilo el mar.*] Imitacion de Sofocles en su Ajax v. 653 de mi edicion.

P. 300. *Esto todo serd.*] Es muy semejante esta frase á la que hay á la pag. 293: *Lo que en ello hay, es* — . Podria decirse tambien lo mismo: *Esto es ó serd.*

P. 349. Debe escribirse *existencia* ó *sustancia* (compárese t. 3, p. 269, l. 2), lo que es opuesto, como no lo es *asistencia, á sombra.* Hay similes confusiones t. 3, p. 235, t. 4, p. 26, donde véanse los anotadores.

Tomo 3.

P. 40. *No hay libro tan malo, que no tenga algo bueno.*] Conta Plinio (Epist. 3, 5) de su tio: Dicere etiam solebat: Nullum esse librum tam malum, ut non aliqua parte prodesset. Repítese la sentencia t. 4, p. 311.

P. 49. *Nacido soy, y no ha de vivir el hombre en oto de otro.*] La edicion de Amberes del año 1719 lee: *en otro de otro*, lo que podria defenderse, explicando las voces *en otro* por *en otra parte*. Niega pues Sancho, que el hombre ha de vivir en otra parte de la assignata le por Dios, ó que le conviene mudar su habitacion solamente segun lo parece bien á Dios.

P. 93. *Hemos de matar en los gigantes á la soberbia.* * *Don Quixote — pecho* etc.] Podria escribirse tambien, y quizá con mayor probabilidad: *á la avaricia y envidia en la generosidad y buen pecho.* Pero

— quandoque bonus dormitat Homerus.

P. 96. Parece deber corregirse: *segun dixo* (vuesa merced).

P. 117. *En lereha.*] La edicion de Amberes del año 1719 lee: *leche.*

P. 123, l. 10. *Que haga de las suyas.*] Compárese tom. 2, p. 246 con la anotacion.

P. 235, l. 4 de abaxo. No conozco yo Cervántes por imitador del lenguage rústico, quando es que habla en su propia persona. Mas habiendo él sido en Italia, trasplantó la voz italiana *aspettatore*, que signi-

fica *espectador*, como introdució *madrina*, *espiloreheria*, *finta*, *gola*, y otras del mismo idioma.

P. 239, l. 13. Ha de escribirse: — *encantamentos; duermes, digo otra vez;* que decir *Duerme* á quien quiere despertar alguno, es contradictorio; quanto mas, que ha dicho de véras *duermes*, no *duerme*.

P. 251, l. 4. El sentido del lugar quiere que se escriba: *que debe de ser no mas amigo* etc. Si fuese que el Beneficiado favorecia á Camacho con exclusion de Basilio, incurria en la misma culpa de quien es reprehendido en Sancho Panza.

P. 261, 6 escríbase: *muerte: lo que* —, que el todo es un periodo.

P. 400, l. 8 de abaxo léase: *y pueden huir.*

P. 420, l. 7 *y todas* no parece convenir al sentido deste lugar. Acaso Cervántes escribió *tontadas*.

Tomo 4.

P. 30, l. 2. Puesto que el poeta no se abstiene en todo de tautologias, parece todavia, que las voces *tan barata* compuestas con esas *por tan poco precio* debian ofender los lectores. Estoy yo de opinion, que él escribió la vez primera *tan barata*, y que, mejor redondeando y terminando el periodo, emendó en la segunda edicion *por tan poco precio*, pero olvidóse de borrar lo reprobado.

P. 54. *Estarse siempre en sus trece.* He tentado de explicar este refran en la coleccion intitulada:

Emma. Rosaura's Schwester p. 376. Es derivado verisimilmente de la vanidad de las doncellidueñas, que querrian ser tenidas siempre por muchachas.

P. 233, l. 3. *En redondo, digo á la redonda.*] Repeticion insípida y apénas digna de Cervántes.

El período siguiente ha experimentado la censura del Señor Conde de Casa-Valencia, cuyas notas á Don Quixote estan insertas á las del Señor L. Ideler. Pero no habia de ofender á este juicioso gentilhombre el órden inverso, que aquí da Cervántes á la succesion de las estaciones, ridiculizando él manifiestamente la filosofia mahomética de Cide Hamete, atribuendo á este autor fingido una observacion, cuya falsedad debia percibirse por cada muchacho. Esto es el vero carácter del humorazo, efecto natural de la contemplacion del hombre fuerte y flaco, de suerte que la alabanza de una natura así mezclada debe probar siempre su imparcialidad por el vituperio accompañado; como aquí Miguel satiriza jocosamente á el mismo, que él dice de seguir en esta historia, y casi á el autor del autor.

P. 244, abaxo. *Güelte, güelte.*] Trompase el Señor Pellicer, diciendo, que del Aleman *geld* se deriva *güelte*, y no *güeltre*, como se escriba en el Diccionario de la Lengua. La voz *güelte*, que usa aquí Cervántes, no es derivacion, sino lo mismo Aleman (*geld*, dinero) españolizado, y *güeltre* significa indubitadamente el numero plural (*gelder*, dineros) de la voz Alemana.

P. 247. El cabial aquí es dicho *gran despertador de la colambre*, lo que ha de significar, como dice el Señor Ideler, gran despertador á beber. ¿Pero donde esta significacion de la voz *colambre*, que propiamente ha ninguna relacion á la sed? Si me es permitido á mi, siendo extrangero, de proponer una conjetura, cuya probabilidad depende de tal conocimiento de la lengua Española, que mas ha de suponerse en indígenas, creyera yo, que la voz *colambre* fuese compuesta de *coll hambre*, que es como decir *collo-hambre* *), *cuello hambre*, *hambre del cuello* (Kehlhunger), descripcion de la sed jocosa y baxa, como lo es la compañia, donde aquí se halla el buen Gobernador de la Insula Barataria.

P. 280, l. 3 de abaxo.

— — — — *unas piernas*
Que al mármol puro se igualan
En lisas, blancas y negras.]

No debe, á mi parecer, insimularse la escritura de todas las ediciones, hasta ahora publicadas, que es *marmol puro*, y en el verso siguiente *negras*.

Quanto al marmol, aunque se conceda, como ha de concederse, que el marmol Pario es el prestantisimo de todos, no se sigue por esto, que cada genero del, por ser bueno ó blanco, debe ser Pario. Que

*) Quanto al Italiano collo por cuello en esta composicion, véase la nota al tomo 3, p. 235, l. 4. Prefiriba Cervántes la voz peregrina, como mejor hecha por su proposito en este lugar, siendo collo-hambre ó coll-hambre mas simil a colambre, que cuell hambre ó cuello-hambre.

puro aquí no significa otra cosa que blanco, y puede decirse *marmol puro* marmol sin tacha, como dicen nieve puro en vez de nieve blanca etc.

El otro punto es mas dificil á juzgar, que á primo aspecto *piernas blancas y negras* parece ser de véras, segun el Señor Pellicer, contradicion manifiesta. Pero averiguando sutilmente el caso, quizá hallarémos, que, aunque el ser negro no quadre absolutamente con las mismas piernas de una moza, puede quadrar con algunas partes vecinas, significadas por aquellas, como en Hebraico,

— si fas est componere sancta profanis,

que quanto mas son negras, tanto mas placen á Nostradamus y á similes conocedores de la belleza. Esta alusion no devria muy ofender en una Española, y mas describiendo Cervántes esta doncella como burladora desenvuelta. Y así yo creyera, que la contradicion supuesta se resolviese en una oposicion graciosa y no desapacible, como no lo es el todo lugar, habiendo respecto por una parte á la vivacidad mas sensual de Altisidora, y por otra al carácter de amador platonico, exprimido en Don Quixote.

P. 341, l. 18 — 20. — *que un rostro — levantando.* Mendoso es abiertamente el lugar, supuesto, como parece de deber suponerse, que nunca *irse* se usa por el solo *ir ó andar*, que en este caso tal seria la construccion de las voces: — *que se iba poco á poco por el mas baxo orizonte, levantando un rostro mayor que el de una rodela.* Pues concedido intolerable este uso de *irse*, ó podremos suplir, segun la opinion del

Señor Pellicer, la preposicion *con*, ó tambien, borrando lo *se*, que puede ser añadido de quien no percibia la justa relacion de la voz *levantando*, ordenar el lugar de la suerte, que queda dicho.

P. 344, l. 6. *y alzando el uno de la cola del rucio.* Ha de corregirse necesariamente *y a. el uno la cola d. r.*, como luego no se dice *y el otro de la de Rocinante*, sino *y el o. la de R.* Tropezó, á lo que creyo, de la misma suerte ó el escribano de Cervántes, ó el compositor p. 483, l. 5 de abaxo en las voces: *despues de haber abominado con muchas y eficaces razones DE los libros de caballerias.*

Notable es tambien el anacoluthon del lugar, que similes no hay de hallar facilmente.

P. 353, l. 5 de abaxo: *nora en tal.* Eufemismo, por no decir *noramala.*

P. 367, l. 14 — 16: *tiempo — caballeria.* Este lugar no me parece á mi muy sano, siendo inexplicable la construccion.

P. 414, l. 5 — 7. Quizá podria sustentarse la escritura de todas las ediciones (excepto la de la Academia Española), que es tal: *Pues que si destas diferencias de músicas resuena la de los albogues, allí se verán casi todos los instrumentos pastorales*; explicando *el resonar de los albogues destas diferencias de m.* como dicho por *el res. de los alb. de entre estas músicas diferentes*; que la mudanza de la Academia, que

lee *Pues que si entre estas diferencias* me parece un poco atrevida.

P. 473, l. 18, 19. Estos versos deben ser tomados de un romance, muy conocido en el tiempo, donde finió Cervántes la segunda parte de Don Quixote.

Errata.

Pag. 49. vers. 63. lege *sol.*
Pag. 61. v. 7. l. ΒΩΘΙΟΥ.
Pag. 63. v. 5. l. τινὰς.
Pag. 69. v. 33. l. spirabat.
Pag. 105. v. 6. dele virgulam.

Nachricht an den Buchbinder.

Pag. 47, 48 und 55, 56 müssen ausgeschnitten und statt derselben die hier angeschossenen Cartons eingeschaltet werden.